
Joan: Genery
de
Civ: Christi

29

P. Ignazio da Salemi
Capno 1764.

Ioannes yermanò dnus me possidet

Liber de ciuitate crhisti cõ
pilatus a magistro Ioan
ne genesii quaye de
parma ordinis mi
norꝫ sacrae theo
logiae magi
stro.

CHRYSAntus Donell⁹ Regiēsis Carolo susennæ auunculo suo. S.P.D.

CONSVEVERE/quicūq; opus aliquod abstrusius in uulgum formis excudere tentauere.id alicui principi. perinde ac numini cupiā dedicare. Itidem facturus ego in hoc opere: quod titulum ueneratione dignum præsefert: Is est ciuitas christi: id tibi: qui mihi & princeps. & numen es. dedico. Id/ni me fallit opinio. tibi nequaquam futurum est iniucūdum/cum propter architecturam/tum propter operis & pulchritudinem & utilitatem. Vale.
Regii lepidi tertio nonas octobris. M.D.

In xp̄i nomine amen. Incipit liber de ciuitate christi compilatus a Magistro Ioanne genesii quaye de parma ordinis minorum sacræ theologiæ magistro.
Et primo de diuisione totius libri.

FVNDAmenta eius in montibus sanctis Ait ille dauid prophetarū eximius atq; totius populi dei/Rex illustrissimus: mente pertractans de beatissima Hierusalem ciuitate superna. psal. lxxxy. Hæc est illa sublimis ciuitas cuius sunt fundamenta uirtutes rutilantes in montibus sanctis. Hii montes sunt homines sācti/terrena contemnentes: ornati moribus sacris/desyderio supernorum mente sursum eleuati: quorum licet corpora morentur in terris/horum tamen conuersatio perseuerat in cælis. Huius ego ciuitatis amator factus a teneris annis terrena cōtempsi: & de uitæ præsentis exilio cupiens ad ipsius beatissima mœnia peruenire uestigiis beati patris Francisci domino Iesu xp̄o perseueranter adhesi. Ciuitatē hanc gloriosissimam uidere desydero: de qua cum reuerentia digna loquente/iugiter/apertis auribus/ audio lætabundus huius in odorem currere/post eius trahi sponsum expostulo supplex. Ad eius sponsam beatissimum osculum & amplexum: anhelans: leua eius sub capite meo & dextera illius amplexari me concupisco, huius inebriari calice iugiter ardeo. Et mēsa beatissima recreari. De hac loqui mihi dulcissimum est. Ac omni tp̄re

Dauid

Cacuccini di Sa-nonie

meditari: propter q̄ materiam mihi quærēs ut ad lau/
des huius sanctissimæ Ciuitatis aliqua scribere uale/
am: Vtilia posteris. mihiq; iocunda: quæsiui festinus
eloquia matris nostræ sacræ scripturæ: cum sim pro/
fessor illius. Circa cuius finem/aquilam grandem re/
peri: cœlorum sublimia contingentem. Ciuitatem ip/
sam alegorice describentem. Hic Ioannem: ioannes
imitari decerno. Hic q̄ meum ingenium ampliare.
Hanc ciuitatem describendo Ioannes dicit esse qua/
dram. xii. habere portas: quarum sunt tres ab orien
te: tres a meridie: tres ab occidente: & tres a septē/
trione. Istius ciuitatis muri fundamenta ponit. xii.
lapides præciosos. & in ipsis. xii. nomina apostolo/
rum: & agni. apoch. xxi. Capitul. Libet igitur in se/
quentibus de ipsis tractare portis. Vt dei & uirginis
filio præcedente per aliquam illarum ualeam introi/
re. Quarum prima sit descriptio talis. Portæ ucr/
sus orientem sunt istæ: Prima est porta uirginalis
& pudicitiæ. Huius princeps. Ioannes cuangelista: q̄
uirgo electus a domino: uirgo permansit in æuum.
Secunda porta. Pastoralis & eminentiæ. huius pri
ceps Petrus: qui est pastor ouium: princeps apostolo/
rum: cui traditæ sunt claues regni cœlorum. Ter/
tia porta doctoralis & sapientiæ. huius princeps. An
dreas: qui interpretatur decorus respōdens. Por/
tæ uersus meridiem sunt istæ. Prima porta clerica
lis & diligentiæ. huius princeps Iacobus minor: qui
ut dicitur in legenda sua: Inter apostolos primus mis

sam celebrauit. Secunda porta Regularis: obe/
dientiæ. Huius princeps. Symon qui interpretatur
obediens. Tertia porta legistalis eloquentiæ. hu
ius princeps. Matthæus qui legem scripsit euangeli/
cam. Portæ uersus occidentem sunt istæ. Pri/
ma porta / imperialis & præsidentie. Huius princeps
Est Bartholomeus apostolus: qui ut dicitur fuit fili/
us Regis. Secunda porta militaris & resistentie
Huius princeps. Iacobus maior: qui interpretatur
supplantator. Tertia porta: est coniugalis & a/
micitiæ: Huius princeps est Phylipus: qui interpre/
tatur os lampadis. Portæ uersus septentrionem
sunt istæ. Prima porta salutaris & conualescen/
tiæ. Huius Princeps Est Thadeus: qui sanauit Re/
gem Abagarum. Secunda porta Manualis &
Mercimoniæ. Huius princeps est Thomas: qui iuit
ad Indiam ad edificandum palatium Regi Indorū.
Tertia porta Secularis / & penitentiæ. Huius prin
ceps est Mathyas apostol⁹: qui interpretatur donatus
Nam differentibus penitentiam facere usq; ad
mortem: si tandem moriantur in domino / Regnū
celeste sibi donatur. Hanc autem ciuitatem ideo
descripsit quadratam facer Euangelista Ioannes/ut
ostenderet eam ex omnibus quattuor orbis partibus.
uiuis ex lapidibus edificari. Igitur alegorice pro
cedendo de qualibet supradictarum portarum quat
tuor capitula faciā. In quorum. Primo quia mos
erat antiquorum. cuiuslibet edificii solerter ascendēs

inquirire: tractabo de ascendente tali portæ conuenie
ti. In secundo tractabo de fundamento ipsius.
In tertio de lacteribus. Et in quarto de custode ipsi
us siue capitanco. et hoc semper allegorice procedēdo:
sicut de ipsius uidetur processisse ioanes. Et quādo
ciuitas ad quam aspiramus testimonium debet habe
re/ab his etiam qui foris sunt: non solum allegabo
scripturam sacram: & doctores illius: sed etiam phi
losophos poetas: & auctores sæculares: quoniam sic
reperio fecisse Hieronymum: Augustinum & plures
alios sacræ scripturæ doctores.

Poetarum alle gatio est pmis sa.

Inuocatio.

Verum quia ad hoc me sufficere posse: non ui/
deo: Erigam oculos/ ad cum/ qui linguas infanti/
um facit disertas. sapientiæ. pri. Qui per prophetam
dicere dignatus est. Aperi os tuum: & ego adimple/
bo illud. Qui similiter apostolis ait Luc. xxi. capit.
Ego dabo uobis os & sapientiam. Cui non poterunt
resistere omnes aduersarii uestri. Cuius auxilio fre/
tus/ audaciter agrediar opus. Vocabitur autem
liber iste de ciuitate christi.

DE ASCENSV primæ portæ quæ est porta
Virginalis uersus orientem. Et de primo signo quod
est aries primum capitulum primæ portæ.

REGIS MAGNI ciuitatis fundatur exulta/
tione uniuersæ terræ. Teste Dauid Psalm.
quadragesimo septimo. Huius igitur Ciui/
tatis ad portam primariam ex orientis parte fondan
dam/alegorice tractans: Primum cœli signum quod
Aries appellatur constituamus ascendens: Ex cuius
conditionibus ostendemus qualis debeat esse uiator
qui per portam uirginalem festinat ingredi in istam
ciuitatem seu requiem ubi sequuntur agnum pascen
tem intra lilia/ uirgines electi quocunq; ierit. Ari/
es igitur secundum q̄ tradunt Astrologiæ magistri
Est anni renouatio gratiosa. Est martis habita/
tio copiosa. Est Lucis augmentatio uigorosa.
Est solis exaltatio gloriosa. Dico primo: qd
Aries secundum astronomos: est anni renouatio.
quoniam quando sol intrat primum minutum eius
q̄ est tēporibus istis circa. xi. uel. xii. diē mensis marcii
renouat ānus. & inde sumētes ordināt iudicia sua p̄to
to sequēti āno. His quātū ad āni principiū cōcordat
sacra scriptura dicens exodi. xy. Mensis iste principiū
mensiū primus erit in mēsibus anni. Dixi secundo
q̄ aries est domus martis. quoniā ut uolūt astrologi sapi
entes. mars existēs in ariete est i suo maxio uigore. li/
cet hāt alterā domū. s. scorpionē de quo sermo fiet i se
q̄ntib?. Dixi. iii. q̄ aries ē lucis augmētatio. nam ante
quā sol suo motu ueniat ad primū minutū arietis sp
i climate nostro/ dies lōgior breuior nocte: stati aūt ut

Signum arietis

Prima conditio arietis

Renouatio āni

Secundo quod aries est domus martis

Tertio q̄ aries est lucis exalta tio.

prædictum minutum intrauerit. dies longior effici/ tur. Et per consequens emisperio nostro: lux deinceps Iugiter augumentatur. Dixi quarto q̄ aries est solis exaltatio: & hoc non immerito dixerunt philo sophi: quia nil potest sol quantum ad calorem: uel ad ornatum terre. antequam intret illud signum. Statim autem q̄ intrauerit hoc signum: calor eius inualescit. Terram fecundat: & eam germinare fa cit: queadmodum patet in frondibus: floribus: frue tibusq̄. Igitur conformiter ad predicta: si cogite mus dies antiquos: & annos ueteres: habeamus in mente: Videbimus quod in lege nature: uirginitas exulabat. Nam antiquis illis patribus mandatum est. Crescite & multiplicamini & replete terram. genesi. primo &. ix. capitulis. Similiter sub lege scrip turæ subinteruentione maledictionis: Virginitas ex cludebatur. Dicit enim Hieronymus libro primo cō tra iouinianum sic apud iudeos: gloria erat impartu bus: & imparturitionibus. Et maledicta sterilis quæ non habebat semen in hyerusalem: & beatus cuius e rat semen in syon: & domestici in hyerusalem. Et be nedictione maxima potrebátur. Vxor tua sicut uitis habundans in lateribus domus tuæ: filii tui: sicut no uelle oliuarum in circuitu mense tuæ. cxxvii. psal. In lege tamen naturæ: Fuit Abel uirgo. ut ait Agelius de mirabilibus libro primo. capitulo tertio. Et tamen Abel secundum computationem metodii erat anno rum. xl. quando occidit cum caym. Nam ut ipse ait

Quarto q̄ aries est solis exaltatio.

Quod uirginitas exulabatur antiquo tempore secundum legem naturæ

Hieronymus

Abel Agelius

Caym

Caym natus est anno. xxx. Ade cum sorore sua. Galmala. & post annos. xxx. alios natus est Abel. cum Delbora sorore sua. Centesimo uero anno Ade: interfectus est Abel. Et dicit Agelius ubi supra: q̄ si Abel uixisset longiori tempore: ut Enoch. sine dubio coniugium intrasset quippe qui in tempore huius legis uiueret: quæ dicit: crescite & multiplicamini: & replete terram. Et si illud mandatum explesset nequaq̄ uirgo permansisset. Erat aūt Enoch. lxy. annorū quā do genuit Matusalem ut habet g. y. Consimiliter sub lege scripturæ: ut ait Hieronymus in epistola ad Eustochium: helias fuit uirgo: helyseus uirgo. Et uirgines in ueteri testamento: multi filii prophetarum. Ieremię dicitur, & ne accipies uxorem, sanctificatus in utero captiuitate propiqua. uxorem prohibetur accipere. Potest tamen de istis dici: q̄ fuit cum eis dispensatum a deo: propter misterium: & figuram: licet multi putent: omnes illos uxoratos fuisse. Intantū enim uidebatur coniugium esse sub præcepto: & tanti meriti: q̄ doctores nostri uele uidētur: q̄ uirginitas præsentis temporis sit æqualis meriti cum coniugio patrum: dicit enim Augustinus in li. de bono coniugali non impar meritum continentie in Iohanne qui nullas expertus est nuptias: & in Habraam: qui filios generauit. Illius cælibatus, & istius connubium pro temporis distributione christo militauit. Similiter Hieronymus. ii. lib. contra Iouinianum sic dicit. Cæterum quis ignoret sub alto dispensatore dei. omnes

Galmala

Delbora

Enoch.

Mathusalem

Hieronymus

Ieremias

Ioannes

Habraam

Hieronymus

retro sanctos eiusdem fuisse meriti cuius nõ sunt christiani. Quomõ aũt abraham placuit deo in cõiugio sic nunc uirgines placent deo in ꝑpetua castitate. uerum in renouatione temporũ: & anni: quæ fuit domino Iesu Christo apparente in carne: quo operante/regni cœlorum sunt portæ reseratæ. Expansum & extẽsum est uirginitatis sacratæ uexilum. In quo uirginitas primo fœcũdata reperitur in christi matre uirgine gloriosa. Et generoso baptista ioanne: qui ut per portam uirginalem regnum ingrederetur æternum: fugit ad heremũ: à cuius diebus teste ueritate matthæi. ii. regnum cœlorum uim patitur; & uiolenti rapiunt illud. & merito uiolenti: quia quilibet uirtuose uirgo uiolentus debet reputari: quia carni & sanguini contrarius est. Sic igitur in quolibet uirgine renouat̃ annus: dum quod in diebus antiquis non uidebat̃ meritorium: sub lege nouæ gratiæ reputatur gloriosum: et sic habetur ascendentis conditio prima. Est Aries conditio secunda. ꝙ est domus martis. Ponitur autẽ mars ab astronomis planeta bellicosus & fortis: ꝙ quidem uirginitas habere dignoscit̃ si consyderet̃ quantam uim hãt aduersus dæmones: mondũ: carnẽ: & infamiã. Tantã nempe uim aduersus dæmones uirginitas habet: ut cũctis ĩ cãtationib⁹ suis: nigromãtici tã quã ut plurimũ ꝑ soles uirgines cõstringere demones posse uideantur. Quod & natura uisa est ostendere quãdo ꝑ solam uirginẽ rhinoceron siue unicornis: qui est tãte fortitudinis: capi potest. Dicit enim isidorus

Virginitas præsentis temporis est equalis meriti coniugio patrum

Virgo mater. Ioannes.

Mattheus. Violẽti rapiũt regnum cælorũ.

Virginitas magnã uim habet aduersus carnẽ mondum & dæmones: Mars Quãtã uim habet uirginitas aduers⁹ demones. Nigromãtici.

Isidorus

li. xii. ꝙ rhinoceron est tãte fortitudinis: ut nulla uenãtium uirtute capiatur. Sed asserunt qui de naturis rerum scripserunt. Virgo puella ponitur quæ uenienti sinum aperit: in quo ille omni feritate deposita: caput ponit. Sicq; soporatus uelut inermis capitur: & iaculis interimitur. Per rhinoceron nempe dæmonẽ possumus designare: seu intelligere: qui per uirginitatẽ capitur: uincit̃: & ligat̃. Vt merito dicamus de ipso dæmone uerbum ꝙ scribitur numeri. xxiii. fortitudo illius similis est rhinocerontis. Quantam uim etiam habeat uirginitas aduersus mundum: ostendunt. Agata. Lucia. Agnes. Catharĩa: & ĩnumerabiles alie

De prima dictum est facilius possent saxa molliri. Et ferrum in plumbi molitiem conuerti: quã ab intentione christiana mẽs istius puellæ reuocari. De secunda dicitur tanto pondere eam fixit spiritus sanct⁹ ut uirgo domini ꝑmaneret. De tertia scribit̃ ꝙ ipa met dixit. Mecũ. n. hẽo custodẽ corporis mei angelũ domini. De quarta legit̃ ꝙ impatorẽ maxentiũ: et oratores ipsa uicerit arguẽdo. Porro quãtã uim hãt uirginitas aduersus carnẽ: patet ꝑ beatũ hieronymũ ĩ sermone de assumptiõe q̃ sic ait: ꝓfecto in carne ꝑter carnẽ uiuere, nõ terrena uita ẽ: sed cœlestis. unde ĩ carne angelicam gloriam acquirere, maioris est meriti quam habere. Esse enim angelum felicitatis est; esse uero uirginẽ uirtutis: dũ hoc obtinere nitit̃ uirib⁹ cũ gratia, ꝙ hẽt ãgel⁹ à natura. Hic chrysostom⁹ sup̃ mattheũ. oẽs inq̃t uirtutes spũales. res sũt angelicæ ꝑcipue

Rhinoceron: s[...] ue unicornis. s[...] lum a uirgine capit̃.

Quantã uim habet uirginitas aduers⁹ mõdum.

Agatha Lucia

Agnes Catharina

Quãtam uim habet uirginitas aduersus carnem.

tamē castitas: res Angelica est. Per hanc enim solam singulariter Angelis / homines simulantur. & uincitur natura uirtutibus. Postremo quantam uim habeat uirginitas aduersus infamiam flāmā patet p Hieronymum. Claudia inquit uirgo uestalis / cum in suspicione uenisset stupri. Ad comprobandam pudicitiam suam. fertur cingulo duxisse nauem: quā multa hominum millia / trahere nequiuerant. Addem est quod ait Valerius maximus libro octauo: capitulo primo. Tuciæ inquit uirginis uestalis incesti criminis reæ castitas infamiæ nube obscurata emersit quæ conscia: certe sinceritatis suæ spem salutis ancipiti argumento petræ ausa est. Accepto enim cribro / uesta inquit / si sacris tuis castitas semper admoui manus. effice ut hoc auriam e tiberi aquam. Et in ædem tuam perferam. Audaciter & temere iactis uotis sacerdotis: rerum ipsa natura cessit. Et sic habetur ascendentis secunda conditio.

Quātā uim habeat uirginitas aduersꝰ ifamiā Hieronymus Claudia uirgo uestalis.

exēplū. Tutiæ uirgo uestalis

Tertia cōditio.

Est insuper arctis conditio tertia / quod est argumentatio Lucis. Cum ergo honorabiles uiros / usus uocat / claros & splendidos / patet quod quicquid est honoris augumentum / lucis potest augumentatio dici. Virginitas autem multipliciter fuisse honoris exaltatio. patet. In hebreis legibus, In paganis gentibus, In summis cælestibus. In christum sequentibus. Et hoc primo capitulo. li. Leuitici. Mandat Dominus per Moysem dicens sic. Quod summus Sacerdos. idest summus pontifex

uxorem acipiat uiduam: non repudiatam: non sordidam: non meretricem. sed uxorem accipiat uirginē de populo suo. In eodem capitulo. mandatur sacerdotibus filiis Arron: quod non contaminentur in moribus ciuium suorum uisitantium. In consanguineis & propinquis: idest super patre: & matre: & filio & filia: fratre quoq; : ac sorore: uirgine quæ non est nupta uiro. &c. Quanti autem bonoris / & quāte reuerentiæ, fuerit uirginitas apud paganos / & gentiles, Patet per Hieronymum. Libro primo contra Iouinianum. Ait enim sic: Certe Romanus Populus quanto honore uirgines semper habuerit / hinc appareat. quod, Consules, & Imperatores, & in curibus triumphantes / qui de superatis gentibus trophæa referebant, & omnis dignitatis gradus eisdem uiam cedere, solitus sit. Quanti deniq; honoris sit uirgitas in cælestibus, patet per Hieronymum libro præallegato. Nuptiæ inquit terram replent, uirginitas paradisum. xxxii. quæstione prima nuptiæ. Et infra cādor inquit uestigium sempiternum uirginitas est puritas. Porro quanti honoris sit uirginitas in christum sequentibus. pſat. p beatum augustinum in lib. de bono uirginali. uirgines inquit sequuntur agnum quocumq; ierit, cæteri autem fideles / qui uirginitatē corporis amiserunt, non sequuntur agnum quocumq; ierit, sed quousq; illi potuerint. Nam cum agnus ingrediatur in curia uirginali: quomodo post eum irrubunt qui hoc amiserunt / quod nullo modo reaccipi /

Arron

Quāti uirginitas fuerit honoris & reuerētiæ apud paganos. Hieronymus

Quāti honoris sit uirginitas in cœlestibus Hieronymus

Quāti sit uirginitas honoris īxpm sequentibus. Aug.

tamē castitas: res Angelica est. Per hanc enim solam singulariter Angelis / homines simulantur. & uincitur natura uirtutibus. Postremo quantam uim habeat uirginitas aduersus infamiam flāmā patet p Hieronymum. Claudia inquit uirgo uestalis / cum in suspicione uenisset stupri. Ad comprobandam pudicitiam suam. fertur cingulo duxisse nauem: quā multa hominum millia / trahere nequiuerant. Addem est quod ait Valerius maximus libro octauo: capitulo primo. Tuciæ inquit uirginis uestalis incesti criminis reæ castitas infamiæ nube obscurata emersit quæ conscia: certe sinceritatis suæ spem salutis ancipiti argumento petræ ausa est. Accepto enim cribro / uesta inquit si sacris tuis castitas semper admoui manus. effice ut hoc auriam e tiberi aquam. Et in ædem tuam perferam. Audaciter & temere iactis uotis sacerdotis: rerum ipsa natura cessit. Et sic habetur ascendentis secunda conditio.

Quātā uim habeat uirginitas aduersꝰ ifamiā Hieronymus Claudia uirgo uestalis.

exēplū. Tutiæ uirgo uestalis

Tertia cōditio.

Est insuper arietis conditio tertia / quod est argumentatio Lucis. Cum ergo honorabiles uiros / usus uocat claros & splendidos / patet quod quicquid est honoris augumentum / lucis potest augumentatio dici. Virginitas autem multipliciter fuisse honoris exaltatio. patet — In hebreis legibus, — In paganis gentibus, — In summis cælestibus. — In christum sequentibus. Et hoc primo capitulo. li. Leuitici — Mandat Dominus per Moysem dicens sic. Quod summus Sacerdos. / idest summus pontifex,

uxorem acipiat uiduam: non repudiatam: non sordidam: non meretricem. sed uxorem accipiat uirginē de populo suo. In eodem capitulo. mandatur sacerdotibus filiis Arron: quod non contaminentur in moribus ciuium suorum uisitantium. In consanguineis & propinquis: idest super patre: & matre: & filio & filia: fratre quoq; : ac sorore: uirgine quæ non est nupta uiro. &c. Quanti autem bonoris / & quāte reuerentiæ, fuerit uirginitas apud paganos / & gentiles / Patet per Hieronymum. Libro primo contra Iouinianum. Ait enim sic: Certe Romanus Populus quanto honore uirgines semper habuerit / hinc appareat. quod Consules, & Imperatores, & in curibus triumphantes / qui de superatis gentibus trophæa referebant, & omnis dignitatis gradus eisdem uiam cedere solitus sit. Quanti deniq; honoris sit uirgitas in cælestibus / patet per Hieronymum libro præallegato. Nuptiæ inquit terram replent, uirginitas paradisum. xxxii. quæstione prima nuptiæ. Et infra cādor inquit uestigium sempiternum uirginitas est puritas. Porro quanti honoris sit uirginitas in christum sequentibus. p. / beatum augustinum in lib. de bono uirginali. uirgines inquit sequuntur agnum quocumq; ierit, cæteri autem fideles / qui uirginitatē corporis amiserunt, non sequuntur agnum quocumq; ierit, sed quousq; illi potuerint. Nam cum agnus ingrediatur in curia uirginali: quomodo post eum ibunt qui hoc amisserunt / quod nullo modo reaccipi /

Arron

Quāti uirginitas fuerit honoris & reuerētiæ apud paganos. Hieronymus

Quāti honoris sit uirginitas in cœlestibus Hieronymus

Quāti sit uirginitas honoris i xp̄m sequentibus. Aug.

Nōta q̄ apud gentiles mondicia mētis p̄uale bat mōdicie corporis i tātū q̄ ubi aliq̄ potuerūt iuenire corrupta mente ipsā a sacerdotio deæ ueste priuabāt. Quarta cōditio arietis. Malachiæ

Semetipsū humiliando

Matthæus Augustinus

Bernardus Virginitas & humilitas

ii. Ihesum christum magnificando

unt: ad quolibet enim sanctitatis donum sequi possunt ipsum coniugati post hoc q̄ irrecuperabiliter amiserunt. Ad idem est illud augustinus de uirginitate. Virgines enim agnum sequuntur. Quo ire putamus hunc agnum? quo nemo nisi uirgo cum semper uel audeat uel ualeat, nisi in saltus & prata, ubi crescūt non gramina sed gaudia (non gaudia huius sæculi uana & insania) neq̄ gaudia, qualia in ipso regno dei sunt. Cæteris cum uirginibus comunia, sed á cæterorum omnium sorte distincta. & sic habetur ascendētis conditio tertia. Est arietis conditio quarta q̄ est exaltatio solis. Cum autem dominus noster Iesus Christus sit ille sol iustitiæ: de quo scriptum est malachie. iiii. q̄ omnis uirgo debet Ihesum Christum in corde suo iugiter exaltare. Semetipsum humiliando. Ihesum christum magnificando. Ipsum deum confitendo. Ipsum solum adorando. Propter defectum humilitatis sunt reprobatæ fatuæ uirgines in se ipsis gloriātes. Matthæi. xxv. Hinc ait augustinus de bono uirginitatis: non solum prædicanda est uirginitas: ut ametur: sed admonenda est ne infletur. Hic bernardus (supra missus est) dicit eleganter: pulchra permixtio uirginitatis & humilitatis: nec mediocriter placet deo illa anima in qua humilitas commendat uirginitatem, & uirginitas exornat humilitatem. Magnificare ergo debet deum cum beatā uirgine: tantans: magnificat anima mea dominum. Luc. ii. Tale fateor esse canticum illud quod cantant

uirgines sequentes agnum. quod etiam a nullo alio cantari potest. ut habetur Apoch. xiiii. Confitea tur quilibet uirgo dominum: nec quouis mō de se ipso confidat: sed meminerit se infictili uase thesaurū incomperabilem ferre. Hieronymus enim in epistola ad eustochium ait. Nolo tibi uenire superbū de p posito: sed timorem onusta in cordis auro latro uitandus est. Stadium est hæc uita mortalibus. hic contendimus. ut alibi commemoremur. Nemo inter serpētes & scorpiones securus ingreditur. Postremo soli debet uacare deo uirgo quilibet. dicit enim apostolus. pri. ad corinthios. c. vii. mulier innupta. & uirgo cogitat quæ domini sunt: ut sit sancta & corpore & mēte uel spiritu. hinc Aug. de bono uirginitatis nō quia uirginitas: sed quia deo dedicata ē honoratur. & hoc quod summe placet in uirginitate quis perseverans. Narrat ualerius maximus libro. i. C. i. Quod maximæ uirginis emyliæ disciplinā extincto igne tutam ab omni reprehensione uestæ numen præstitit. quae adorata cum carbasum: quam optimam habebat foculo imposuisset subito ignis emicuit. Nec exempla paganorum ideo pono ut credam idola feciſſe. uel facere miracula potuisse: sed si talia uera sunt. Ideo sic permisit deus. ut ostenderet q̄ summa religione quilibet christianus soli deo uacare debet. cum tanta soli citudine suis idolis seruiere gentiles.

iii. Ipsū deum confitendo

Hieronymus

iiii. ipm solum adorando

Apostolus

Augustinus

Valerius maximus.

DE fondamento prime porte uersus orientem. & de lapide iaspide capitulum secundum.

AD FVndamenta portarum ciuitatis inquirẽ da.de qua eccinit eximius prophetarum psal lxxxvi. Ipse fundauit eam altissimus. Euange listæ credo ioanni qui dixit Apoc.xxi.fundamentum primum iaspis. Hic lapis cum sit multorum colorum, uiridis tamen & transluces optimus est. Iaspis igitur cum secundum auctores plurimas habeat conditiões habet tamen quattuor ad nostrum propositum faciẽ tes & pertinentes. Nam ut ait Isodorus: Iaspis caste portatus.febres fugat.uisum confortat. luxuriam co/ hibet. & in periculis reddit hominem tutum. Per iaspidem ergo fundamentum portæ uirginalis:pudo rem intelligo seu uerecundiam. Quæ uerecundia cũ in omni ætate possit ad multa siue mondi siue adulta reperiri. Maxime.n.in ætate uiridi laudanda est,uide licet i iuuene,unde bernardus super cantica sermone lxyiii. nescio inquit an quicunq; gratius uerecundia aduerti in moribus hominum qucat: quæ est omniũ ornatus ætatũ.sed in teneriori ætate amplius pulchri usq; enitescit. Quid amabilius uerecundo adolesce te. Quã pulchra hæc & quam splendida gẽma morũ in uita & uultu adolescentis? Et certe ni mirum:quia uerecundia est:ut ait ualerius maximus lib.iiii.parẽs omnis honesti consilii: & tutela solemnium officio rum:magistra innocentiæ.cara proximis:accepta alie nis:omni-loco:omni tempore: fauorabilem preferẽs uultum. Vnde tulius primo de officiis:sine uerecun dia nil rectum esse potest:nil honestũ. hinc ambrosi?

Isodorus

De uerecũdia.

Verecũdia laudanda est in iuuene

Bernardus

Valerius maximus

Tulius
Ambrosius

de uirginitate.Pudor induiduus comes debet esse uir ginitati:sine quo non põt esse uirginitas. Hinc idem ambrosius de offi.ut in senibus gratuitas.in iuuenib? alacritas.ita in adolescentibus uerecũdia.uelut dos q̃ dam comendatur naturæ. Verecũdia igit uirtuo sa ad similitudinẽ iaspidis. Otium temptationũ fe/ bres pellit & incendia. Scãꝝ meditationum sensus acuit & ingenia. Carnaliũ cogitationum. Luxum fugat & uitia. Nostrꝝ pgressionũ secura datue/ stigia. Aut nõ tibi uidet febriũ incendia fuisse tem ptationis inueteratorũ illorũ dierũ malorũ uidelicet seniũ illorũ quos quondã Daniel conuicit de difama tione susãne.ut habet daniel.xiii.cap. Quæ proculdu bio febres fugate fuissent.si senes illi uirtuosã uerecũ/ diam habuissent. consimiliter si phedra thæsei uxor. ypolitiq; nouerca/uirtuosam uerecundiam habuisset nequaquã tantis febrib? in amore fædo priuigni sic extuasset/ ut ipsum & se mortiferã horridæ destinasset: de quo scribit Seneca in ypoliti tragedia: Taliũ incẽ dia febrium fugauit uerecundia Iosph.ut sacer am/ brosi? de offi.ait Ioseph ne incongrua audiret suæ ue recũdiæ fugit uestẽ relictã. Quicũq; delectat audire alterũ ad loquẽdũ puocat:itelligere aũt q; turpe sit pu doris est maximi. Spectare uero si qd hui? fortuitu ac cidat:quãti honoris est.ypolitus quoq; ut fabulæ nar/ rant. Verecũdia ductus:fugit ensẽ relictũ pp uerba la sciue nouerce:ut dicit Seneca in ipsius trag. Sic fugit isane.similis procellæ. Ocior nubes glomerate choro

Ambrosius

Verecundia habet multas uirtutes

Verecundia. otium temptationum febres pellit & incẽdia

Daniel.

Susanna exẽp.

Phedra exẽpl.

Seneca.

Ioseph.

Ypolitus

Seneca

Ocior cursum rapiente flāma: stella cū uentis agitata longos corripit ignes. Merito nēpe de quolibet taliter uerecundo. dici pōt ꝙ scribit Ecc. vii. gratiæ. n. uerecū diæ illi⁹ sup aurē. Et hæc pria cōditio fundamēti portæ uirginalis. Ad similitudinē ēt iaspidis uerecundia mentalē uisū acuit: & roborat ingenium: ꝓpterea dicit Aristoteles: ut habet̄ i libro de dictis philosophorū. Nunq̄ uerecūdiores esse debemus quā cū agit̄ de deo. Hinc apulei⁹ in libro qui dicitur de deo soc. ait. Artes alie siue sciæ potest ignorari: sine erubescentia sicut rō pingendi: saltādi: siue cantādi: quos uir bonus pōt sine uitupatione cōtemnere. sed nescire bene uiuere: nunquā audebimus dicere sine pudore. hæc ille. quotiens igit̄ uirgo nescierit bene uiuere si de hoc uerecundet̄. Mentalē uisum acuerit & ingeniū robora/bit ad honeste uiuendū. Hoc ꝙdem sequuti sunt plurimi qui seipsos deformauerunt. ne caderēt in lasciuiā Valerius maximus li. ꝙarto. cap. y. Q d excellentis pulchritudinis adolescens noie spurina spuma cū mira spē cum plurimū feminarum illustrium: solicitaret oculos: iōq; uiris ac parentibus earum. se suspectum esse sentiret oris decorem uulneribus cōfundit deformitatēq; scirratis suæ fideq; formā iritamentū alicne libidinis cē maluit. Simile ferē de quadā uirgine q̄ cum esset formosissima p totū: ei⁹ tamē speciositas: signanter apparet in occūlis. hāc cū amasset qdā nobilis & sæpissime molestaret eā: p internuncios: & aliunde. nec aliqd ide posset exigere: iuuēcula tādē fatigata nimiū

Verecundia sanctarum meditationum sensus acuit & ingenia Aristotelcs Apulcus

Valerius maximus

Spurina spuma

Exēp. de uirgine quæ sibi oculos eruit: uirginitatis cōsecrua de

ingri fecit ab eo ꝙd in ea esset ꝙ tātū sibi placere uidebat: quo respōdēte ꝙ speciositas oculoꝝ ei⁹. ipm caperat & ligauerat. uirgo cōfestim eruit oculos suos. ipsoq; cōfestim trāsmisit amāti. dices. ecce ꝙ amas. sic ꝙ ab illius ē molestia liberata. maluit. n. corporeos oculos pdere q̄ oculos mētis. ꝙbus deus cernit̄ obfuscare. unde Bernardus sup cātica pulcerrime dicit, uerecūdia spūalis: gloria cōscientiæ. famæ custos: uirtutum primitiæ: laus naturæ: & totius honesti. Ad instar insup iaspidis uerecundia cohibet luxuriā. unde in li. de offi. sacer Ambrosius ait. uerecūdia pudicitiæ ē comes. cuius societate castitas ipa tutior ē. Idē ēt sanctissimus narrat ambrosius li. de uirginibus. Q d quædā uirgo fuit antihiochie pulcer plurimū, quæ dū a pluribus amarēt, otium fugiebat aspectus: & quāto sic uerecūdia ducta se sæpius occultabat, tāto amplius petulantes iuuenes ad libidinē accēdebat. unde factū ē ut ꝓderet̄: ꝙ esset christiana. Quā cūphendētes & uerecundā nimium esse cernētes. ut ipa facilius ad uolūtatē suam trahere posset̄ sanxerunt. ꝙ aut uirgo sacrificaret idolis: aut ducerēt̄ ad lupanar. quæ secū aliq̄liter disputās. sperās i domino pellegit nullaten⁹ sacrificare dmoniis ducit̄ igit̄ ad lupanar. uirgo deo deuota: fitq; cōcurs⁹. iuuenū lasciuoꝝ iuicē certātiū: ad primū ingressū. iterca uirgo clamat ad deū. ut ipā de sæculo isto liberare dignaret̄. uix orōne cōpleta, miles, uisu terribilis armat⁹ aparuit cūctis agtātib⁹ timorē icutiēs, timuit & uirgo: cui miles: ne timeas: aiā uēi saluare nō pdere

Verecundia carnalium cogitationum luxum fugat & uitia

Luxuria cohibetur a uerecūdia

Ambrosius Exēp. & hæc latius ponit Iac. de uoragine legenda. lx.

Istoria illi⁹ puellæ quæ muta to habitu fugit corruptores & in fine recepit martirium

mutemus ergo uestes: & egredere nec respice retro. ꝙ & uirgo fecit. & in militis forma recessit. Qua recedente unus expectātib⁹ q erat īmodestior introiuit. at ubi uirū uidit: quādo puellā se reperire putabat. quid hoc exclamauīt: puella ingressa: & facta est uir: audieram & nō crediderā: ꝙ christus mutasset aquam in uinum. sed ut uideo iā mutare cæpit & sexus: fugiamus ne īmitemus & nos. Cæperunt ergo militē illū: & illū ad martiriū deduxerunt. Quod audiēs puella cucurrit ad locum. & ibi ꝑiter miles & uirgo puella martirium receperunt. hinc sup beati īmaculati idē ambrosius ait. pudor plerunq; corrector est noster: q dum præcipit nos pudere: comissi ne diutius pudeat deserere. quæ erubescenda sunt āmonet. Et sic apparet fundamēti portæ uirginalis conditio tertia. Ad similitudinē iaspidis uerecundia uirginē tutum facit ī ꝑiculis. Ecc. nempe. xxxii. ca. scribit̄ ante uerecūdiā p̄ibit gratia. Et ꝑ reuerentia accedet bona gratia. Refert Ioannes galen. ī suo breuiloqo: de quattuor uirtutib⁹ antiquoꝝ ꝑte. iii. cap. ii. Quod cū alexandro tradita esset uirgo eximiæ pulchritudinis, cuidā principi despōsata, ip̄amq; cerneret; uerecundiā nimiū sūma abstinētia ꝑpecit: ut nec amplius illā aspiceret, sed ad sponsū remissit. Qua remissa, hac de cā gentis ac principis; mētes sibi recūciliauit. cōsimile narrāt Valerius maxim⁹ de scipione. li. iiii. ca. iii. dicens. Quartū &. xx. ānum agēs scipio cū yspania cartagine opressa; maioris cartaginis capiēde suprefisset auspicia, multosq; obsides

Ambrosius

Nostrarū progressionum secura dat uestigia.

Ioānes galen. exemplum de Alexandro

Valerius maxim⁹ exemplum de pudicitia scipionis.

quos in ea urbe pœni clausos habuerāt, ī suā ꝑtātem redegisset, Eximiæ īter eos formæ uirginē ætatis adultæ, & iuuenis, & celebs, & uictor, postq̄ cōpit illustri loco inter celtiberos natā, nobilissimoq; gentis eius iuueni desponsatam, accersitis ꝑentibus, & sponso, inuiolatā tradidit. Aurum quoq; q̄ ꝑ redemptione puellæ allatū erat, sūmæ doctis adiecit, qua cōtinētia, ac magnificentia incredibilis obligatus celtiberorū aīos romāis applicando uirtutis eius debitā gratiā reddit. Ex q̄bus oībus euidēter apparet ꝙ merito uerecundia poni pōt uelut iaspis fundamētū portæ uirginalis. Nā ut sacer Ambrosius de offi. ait. uerecundia ingenuos ꝓdit natales, hinc in sermone quodā. idē ambro. ait. Solet tutius merere indulgentiā, qui uērecundius dep̄cat̄. in oī ergo culpa. ante flendū est. q̄ dep̄candū. Et hoc nō est mirū, quia ut ait Gregorius in moralibus facile culpa corrigit̄: qua erubescit̄. Et certe qui corrigit̄ ueniā meret̄ in p̄senti. Nam ad nil aliud inuentæ sunt punitiones legum q̄ ut genus corrigat̄ humanum.

Ambrosius

Gregorius

De lateribus siue spondilibus primæ portæ uersus orientem capitulum tertium.

TIBI reddet̄ uotum in hierusalē. Canit ille ꝓphet. sacrat⁹ psal. lxiii. Talia sunt p̄cipue uota quæ domino uouent adolescētes in odorem unguentorū currentes iesu xp̄i uolentes ꝑ portam uirginalem in domini delitias introire: uia regia gradiētes. nec ad dextram uel sinistram declinantes. Ipsius portæ latera seu spondilia iugiter; ante mētis occulos

retinētes. In se ipsis mētaliter hiis similia satagūt opa
ri. Quattuor ergo latera seu spōdilia huius portæ
benedictæ uolentes allegorice fabricare. Primū po
nimus abstinentiā esse: ꝙ ex ꝑte ponimus orientis: q
nāq; uoluerit portā in se construere uirginalē ab absti
nentia uirtuosa debet incipere. Vnde hieronym⁹ ī epi
stola ad eustochiū, pudicitiā, inquit, tuta esse nō pōt. ni
si ꝑ abstinentiā. Hinc origenes sup leuitic. li. iiii. quō
quis se ipm castrat ꝓpter regnū cœlorū. Crisostomus
ēt sup psal. l. omœlia. i. Castitas inquit sine comitibus
suis: ieiunio uidelicet, & tempantia, cito labescit, ꝙ si
hiis quasi adminiculis roborata nō fuerit: ꝑfacile cor
ruet. Philosophus qdam cū esset castissimus & ige
niosus. à quodā philo. iudicat⁹ ē secundū artē phisono
miæ. uelut īpudicus. & rudis. q cū audisset re uera īqt
ex naturali cōplesione sic eēm. abstinentia me fecit ca
stum: & studiū igeniosū. Narrat ēt Valeri⁹ maxim⁹
li. ii. ca. i. Q d uini usus olim romāis fœminis ignotus
fuit. ne. s. in aliquod dedec⁹ ꝓlaberēt, qa ꝓxius a libero
patre, ītēpātię gradus, ad incōcessā uenerē eē cōsueuit.
hæc ille. ꝓpterea li. ii. cōtra iouinianū hieronymus ait.
Esus carniū, & pot⁹ uini, uētrisq; saturitas, seminariū
libidinis ē. unde & comicus. sine cerere īqt & libero fri
gescit uen⁹. & aliquātulū inferius, ades ergo, inqt. de
bet ratio ut tales & tantas sūmamus escas, qbus non
corpus, nec libertas, aiæ ꝑgrauet, qa & comedēdū ē. &
deambulādū. & dormiēdū. & digerēdū. & postea īfla
tis uenis. incēdia libidinis substinēda. Surgat igit ab

Primum latus. De abstinētia.

Hieronymus

Origenes

De castitate

Aristotelis effigies. & uide in li. y. fol. cxxii.

Valerius maximus.

Vsus uini olim romanis fœminis ignotus fuit Hieronymus

abstinētiatāquā primū spondile seu latus portæ uirgi
nitatis. Secundū lat⁹ seu spōdile portæ ciuitatis uir
ginalis. ex ꝑte meridiolani. ponimus disciplinā seu ca
stigationē carnis. Et merito quoniā aꝑte tali ueniūt in
cēdia grandiora. Illud spōdile igit in se ipo fabricabat
apostol⁹. sicut hēt. i. ad corint. ix. Ego aūt sic curo non
quasi ī icertū. sic pugno. nō quasi aerē uerberās. sed ca
stigo corpus meū: & ī seruitutē redigo. ne forte cū aliis
ꝑdicauerim ipe reprobus efficiar. Narrat beatus gre
gorius. ii. li. dialogoꝝ ꝙ cū quadā die beatus benedic
tus solus esset. nigra paruaq; auis: quæ uulgo merula
dicit: circa faciem eius uolitare cœpit. eiusq; uultui im
portune insistere: ita ut capi manu potuisset: sed hanc
uir sanctus. cum tenere noluisset. sed signo crucis edi
to recessit auis. Tanta autem carnis temptatio. aui ea
dem recedente sequuta est. quanta uir sanctus nunq̄
fuerat expertus. Quandam aliquando fœminam
uiderat quā malignus spiritus. ante eius mentis occu
los reduxit. tantoq; igne serui dei aīum in spē illius ac
cendit: ut se in eius pectore amoris flāma uix caperet
& iā pœne deserere heremū uolūtate uict⁹ deliberaret
Cū subito supna gratia respectus ad semetipsū reuer
sus ē. atq; urticaꝝ & uespium iuxta depssa sacrescere:
fructeta cōspiciēs: exuctus indumēto. nudum se in illis
spinarum aculeis & urticaꝝ incēdiis proiecit. Ibi de
niq; uolutat⁹: exiit. & ꝑcussus uulnere eduxit a corpo
re uuln⁹ mētis. qa uolūtatē traxit ī dolorē. cūq; bene pe
naliter foris arderet extra extixit ꝙ it⁹ illicite ardebat.

Secundus lat⁹. Disciplina seu castigatio carnis.

Gregorius exēp. De beato benedicto

Ex quo uidelicet tp̄re: sicut postea ip̄e ꝓhibebat disci/
pulis suis. Ita ī illo ē uolūtatis edomita tēptatio: ut tale
ī se aliqd minīe sentiret. Simile quasi legit̄: de btō
frācisco. nā cū nocte quadā orōni uacaret ī celula. uo/
cauit eū hostis antiquus. iii. dicēs: frācisce: frācisce frā/
cisce cui cū qd q̄reret: respōdisset: faciliter ille subiūxit
Null⁹ ē ī mōdo peccator: cui si cōuersus fuerit: nō idul
geat deus. sed qcūq; penitētiā semetip̄m dura necaue
rit. misericordiā nō īueniet ī æternū. Statim uidit & ꝑ
reuelationē cognouit, hostis fallaciā ꝯquō nixus fuerit
eū ad tepida uocare. nā hoc sequēs īdicauit euēt⁹. Cō/
tinuo. n. post hæc: ad īsuflationē illi⁹: cuius alitus pru/
nas ardere facit/ grauis eū cōp̄hēdit carnis tēptatio. q̄
ut p̄sensit: castitatis amator: deposita ueste: corda cæ/
pit se uerberare, fortissime, dicēs, eya frater asine/ sic te
decet mācre: sic te subire flagellū: tunica religiōi de/
seruit: scitatis signaculū p̄fert: furari eā libidinoso nō
licet. si quo uis ꝑgere: ꝑge insuꝑ & miro feruore spūs
aīatus. Apta cella foras exiuit ī ortū: & in magnā de/
mergens niuē corpusculū iā nudatū septē ex ea plenis
māib⁹ cæpit cōpīgere massas quas sibi p̄ponēs: suo sic
exteriori hōi loquebat̄: ecce, inqt: hæc maior uxor tua
ē. quattuor isti duo filii: & duæ filiæ. relique due seru⁹
& ancilla. quos ad seruiēdū hēre oportet: festina ergo
oēs īduere. quoniā frigore moriūt̄. Si uero eaꝝ te mul
tiplex solicitudo molestat. uni domīo solicite serui. illi
co tēptator uict⁹ abcessit, & uir sāct⁹ ī cellā cū uictoria
rediit: qa dū bene ꝑcaliter arsit foris; ardorē īterius sic

exēpl. De beato francisco

Francisci temptatio carnis

exitnxit libidinis: ut deinceps tale aliqd minīe sētiret.
Merito ad australē & calidiorē ꝑtē exigit̄ disciplīa seu
maceratio carnis: ad uirginalē portā. alegorice fabricā
dam. uelut latus: seu spōdile. ii. Tertiū latus seu spō
dile ex occidentali ꝑte ponimus: portæ uirginalis/ cōti
nuū & sāctū exercitium. dicit. n. Ouidius ī li. de reme/
dio amoris sic. Ocia si tollas ꝑiere cupidinis arc⁹. Et cō
tēptæ iacent, & sine luce faces. hinc hieronym⁹ ī episto
la ad rusticū mōachū: de seipso loqt̄ dicēs. dū essē iuue
nis: & solitudinis/ me deserta ualerēt incētiua uitioꝝ.
Ardorēq; libidinis: fere nō poterā. quæ cū crebris ieiu
niis frāgerē. mēs tamē hiis cogitationib⁹ ꝯstuabat; ad
quā edomādā cuidā fratri: q ex hebreis crediderat, me
in disciplinā dedi, ut post quintiliani acumina, cicero
nisq; fluuios, grauitatēq; frōtonis, & leuitatē plynii.
alphabetum discerē, stridētia, hanelātiaq; uerba medi
tarer. Quid illi laboris īsumpserim: qd substinuerim
difficultatis. quotiēs desperauerim: quotiēsq; cessaue
rim, & contēptione discendi rursus inceperim: testis ē
cōsciētia: tā mea q ꝑcussus sum. q̄ eoꝝ qui mecum du
xere uitā. Et gratias ago domino ꝙ de amarissimo se/
mine litterarū dulces fructus capio. & seqt̄. dicā aliud
ꝙ in egipto uiderim. Græcus adolescēs erat in cœno
bio: q nulla abstinētia. nulla opis magnitudine. flamā
poterat carnis extinguere. Hunc ꝑiclitātē. pater mona
sterii hac arte seruauit. Impat cuidā uiro graui. ut iur/
giis. atq; conuitiis. insectaret hominē. Et post irrogatā
iniuriā. primus ueniret ad querimonias. uocati testes

Latus.

De exercitio sancto.

Ouidius

Hieronymus

exēp. Illius monaci q grauiter tētabatur a carne.

pro eo loquebantur. qui contumeliam fecerat flere il/
le contra mendacium. nullus alius credere ueritati. so
lus pater deffēsionē calide opponere studuit: ne habō/
dantiori absorbaret tristitia frater. Quid multa ānus
ductus quo expleto: interrogatus adolescēs sup cogita
tionibus pstinis: an ad molestiā aliquid substineretur
pater inquit. uiuere mihi non licet & fornicari libet.

Gregorius

Vnde gregorius. ii. moraliū pulcherrime loquit dicēs
Sæpe quē temptationis certamen supare non ualuit.
sua deterius securitas strauit. ne dū lassum se qsq; in
ocio remittit: dissolutā mentem corruptioni pstituit.
Et sic portæ uirginalis allegorice tertium latus.

Quartum la/
tus de oratiōe.

Quartū latus portæ memoratæ: ponit ex pte Bo/
reali. quod latus ponimus orationē esse: nā lasciue spi
ritus reor esse genus illud demoniorū. de quo saluator

Matthæus

ait. Matthæi. xyii. cap. hoc genus demoniorū nō eicit
nisi p orationē & ieiunium. & matthæi. xxyi. ca. orate

Hieronymus

ut nō intretis i temptationē. Vnde hieronymus i epi/
stola ad eustochiū de se ipso loquens: sic ait. Ille ego q
ob gehēne metū graui me carcere ipse dānaueri. scor
pionum tātū socius, & ferarum, sæpe choris intereram
puellarū, palebant ora ieiuniis, & mens estuabat in fri
gido corpore, & ante hominē sua carne pmortuū, sola
libidinū icēdia boliebāt. Itaq; oi auxilio destitutus: ad
iesu iacebā pedes: rigabā lachrimis: crine tergebā: & re
pugnātē carnē ebdomedarum iēdia subiugabā. & pa
rum post memini me clamātē: die crebro iunxisse cum
nocte. Nec prius a pectore cessasse uulneribus q̄ redi/

ret domino increpante trāquilitas. ipsam quoq; celu
lam meam quasi cogitationibus consciam pertime
scebam. & mihimet iratus, & rigidus, solus deserta pe=
netrabam: sicubi concaua uallium aspera montium
rupium prerupta cernebam, ibi meæ orationis locus:
& ut mihi testis est deus: post multas lachrimas: post
cœlo occulos inherentes. non nunquam uidebar mi/
hi interesse agminibus angelorum, & lætus, gaudēs
cantabam. post te in odorē unguētorum tuorum cur
rimus. Iosaphat filius regis indorum orauit. cum

Iosaphat. or
tioni uicit co
ta mina carn

xpianus esset. Et pater paganus suasu cuiusdam ma/
gni qui uocabat theodus: orōibus ministris: eiectis: so
lis pulcherimis puellis fuit associatus. quæ sēp ad libi/
dinē prouocabāt. nec habebat alium ad quā respiceret
aut cum quo loqueret: uel cum quo uesceret. Mali/
gnus uero a mago missus in iuuenē iruit: & magnum
ignē: intus accēdit. malignus ergo spiritus intus infla
mabat: puellæ autem exterius dirum excitabant ar
dorem. Qui se tam fortiter uexari sentiens: turbaba
tur. Et deo se totum recommendans: diuinam conso
lationem recepit: & omnis illa temptatio abscessit.

De sancto chri
stophoro

Similem temptationem passus est beatissimus il
le Gigas Sanctus Christophorus: quem Dagus rex
litiæ sacrificare nollentem: In carcere iussit mitti. du
asq; formosissimas puellas: secum in carcere introdu
ci mandauit. promittendo sibi multa munera: si eum
ad peccādum secum allicerent. Et sic ingrediētes ibāt
ubi morabatur Gigas ille Sanctus Christophorus.

Quas uidēs christophorus ꝓtinus ī orationē se dedit Et puellas plausu manuū: ac amplexibus ipsum urgē/tes: ad domium cōuertit. Et tēptatio cūcta cessauit. ex quibus luculenter apparet: ꝙ finale p̄cipuumq; latus seruādæ uirginitatis est oratio feruens.

De capitaneo siue custode primæ portæ capitulum quartum.

De xp̄o & eius uirginitate

ET Eduxit eos in uiā rectā: ut irent in ciuitatem habitationis. cecinit Dauit psal. c. vi. loquens de principali. principe. duce. seu capitaneo su/pernæ ciuitatis. Licet enim posuerimus quālibet duo/decim portarum aliquē unum apostolum habere ca/pitaneum, seu ducem, quia tamen Ioannes in apoch. non solū ponit apostolorū noīa, sed ēt agni, dicimus ꝙ agnus est principalis, & generalis, oīum portarum ca/pitaneus. sicut de portis singulis ostendet̄. Merito q/dem poni debet capitaneus portæ uirginalis. quoniā uirgo purissimus de uirgine nascens per portam clau/sam atq; uirgineam solus ingredit̄, & egreditur. ut ait Ezechiel. xliiii. In sua lege gratiæ uirginalem pu/dicitiam primario coronauit. Qui uoluit insuper uir/ginalis portæ latera figuraliter in se ipso fabricare, nā ieiunare uoluit, & esurire, sicut habetur Matthæi. iiii. Sed & aduersario suadente: ꝙ de lapidibus fierent pa/nes. ut māducare posset. respōdit ꝙ nō ī solo pāe uiuit hō. sed ī oī uerbo ꝙ ꝓcedit de ore dei, uolēs inhuere: ꝙ

Ioannes

Ezechiel.

CHristus ieiu/nare uoluit Matthæus

ꝓfecto melior sit refectio mentis quā uentris. Legi/tur insup ꝙ sitierit, sicut hētur Io. xix. q̄nimo legit̄ nō comedisse carnes p̄terq̄ pascalis agni. Porro disciplinā seu sanctissimæ carnis suæ macerationē, ut exēplū da/ret aliis, ipsum assūpsisse patet Isaya. li. disciplinæ pa/cis nostræ sup eū, & liuore eius sanati sumus. & psal. xvi. loquutus ē ꝑ dauit dicens. ut loquat̄ os meū opa hominū: ꝑꝑ uerba labiorū tuorum. Ego custodiui ui/as duras. & pria petri. ii. ca. christus passus est ꝓ nobis uobis relinquens exemplū, ut seqmini uestigia eius.

Disciplina xp̄i Xp̄s uoluit se ipsum macerare.

Isaya.

Dauit.

Petrus

Sanctum insup exercitium est: ꝙ xp̄s habuit ut pa/tet Isay. cap. lxi. ubi sic ait. Spiritus domini sup me: eo ꝙ unxit me: ad anuntiandum māsuetis misit me. qua ꝓpter matthæi. iiii. scribit̄: ꝙ circuibat Iesus totā gali/leam, docēs ī synagogis eorum, Et predicans euange/lium regni: & sanās oēm langorē: & oēm infirmitatē. In tātum nempe circuibat: ꝙ ut Io. quarto. fatigatus ex itinere sedebat sup fontē, & hora erat quasi sexta.

Exercitium xp̄i Isaya.

Matthæus.

Ioannes.

Postremo ꝙ Iesus orare uoluit: ut allegorice quar/tum portæ uirginalis latus: ad exemplum aliorum ī se ipso fabricaret. Nam eo tempore quo īceperat prædi/care egressus habiit in desertum locum. ibiq; orabat. Marci. i. Et ipse sedebat in desertum & orabat. Luc. quīto. Sed eo tempore quo uoluit apostolos elligere Exiit in montem orare. & erat pernoctans in oratiōe dei. & cum dies factus esset, uocauit discipulos suos. & ellegit. xii. ex ipsis: quos & apostolos nominauit. Luc. vi. Tēpore deniq; quo maxīe miraculis coruscauerat

Xp̄s ꝑꝑ exemplum uoluit orare

Marcus

De electio duodecim apostolorum.

(utpote quãdo qnq; millia hominum pauerat de qnq; panibus) coegit discipulos suos trãsfetare. & dimissa turba ascẽdit i mõtẽ solus orare. matthæi. xiiii. & marci. ix. Sic ẽt tp̃re suæ sanctissimæ passiõis: orauit ad patrẽ: tã ꝓ sua passiõe: q̃ ꝓ suis ꝑsequtoribus. sicut patet Luc. xxii. & xxiii. ca. Verũ ut sacratissimus sup Luc. dicit ambrosius. li. iiii. xp̃s orauit non ꝑꝑ suffragiũ sed ꝓpter exemplũ. Imitãdi. n. spẽ, nõ impetrandi ambitum, reqsiuit. hæc ille. & uere sic est. Nam in supradicta oratione. dedit exemplum doctoribus. In. ii. dedit exemplum pastoribus. In tertia dedit exẽplum mirãda faciẽtibus. Et in quarta dedit exẽplum morti apropiquãtibus. Propter ꝙ exclamat cassiodorus sup psal. lyiii. dicẽs. O uere iudicẽ piũ sup quo nulli ẽ cõfidẽtiũ despandũ. Nã q ꝓ inimicis oras: quis tuoꝝ possit formidare ꝙ pereat? dona facere ꝙ ꝑcipias: dona iplere ꝙ expedit. Quia sicut nihil p̃ter te sũmus, Ita tecũ possimus implere ꝙ nitimur. Sic igit̃ patet ꝙ domius noster Iesus xp̃s. ẽ portæ uirginalis: dux pricipalis. dominus: & capitaneus. Ducẽ secundũ à rege huius portæ uirginalis sacratissime; merito dicimus esse beatissimum ioannẽ euãgelistã. Nã teste heieronymo, pri. li. contra iouinianum. Ioannes quẽ fides xp̃i uirginẽ reperat: uirgo ꝑmansit. Et imo plus amat̃ a domio, & recũbit sup pectus xp̃i. hæc hierony. Vt igit̃ excellẽtiã huius ducis benedicti. luculẽtius ostendere ualeamus. Sciẽdũ ẽ ꝙ i qualibet ordiata monarchia: sunt distincti gradus officialium; & dignitatum: Nã rex qlibet

Matthæus
Lucas
Ambrosius
Cassiodorus
Hieronymus
Ioannes
Hieronymus

Petrus apoſtolus caput apoſtolorum.

Decretum

Anacletus

Et ipſi iterſe uoluerunt id ipm ut reliqs oibus preeſſet apoſtolis. & cephas. i. caput: & pricipiū teneret apoſtolatus. Et hoc qdē multipliciter potuit. ſ. In piſcatiōe p predicationem. In confeſſione p affirmationē. In cognitione p reuelationē. In correctione p alligationem. In reductione: p abſolutionem. In promotione: p confirmationem. In delectatione p redimitionem. Primum uidelicet qꝫ fuerit hoium piſcator ſingulariter a domīo per predicationē inſtitutus apparet nō ſolum ex hoc. qꝫ ſibi dictū eſt a domino matthæi. iiii. et Andree fratri ſuo. uenite poſt me faciā uos fieri piſcatores hoium. & Matthæi. y. cū dominus dixiſſet ſibi: duc i altum: & laxate retia ueſtra i capturam. & ſic faciendo cōcluſa foret piſciū multitudo copioſa: & ſtupor circundaret cū. Ieſus dixit ad ipm. noli timere ex hoc. Iam hoics eris capiens. Porro quē excellens fuerit i fidei cōfeſſione p affirmationem. patet Matthæi xyi. Nā cum Ieſus interrogaſſet diſcipulos ſuos de filio hominis. i. de ſeipſo. & ipſi uarias hoium narraſſēt opiniones. Sub intulit dominus: uos autē quē me eſſe dicitis: petrus aūt tāq̄ alioꝝ paſtor repente reſpondit. Tu es xp̄s filiꝰ dei uiui. Vnde maximꝰ epꝰ i ſermōe: qꝫ legit̄ infra octauā apoſtolorꝫ petri & pauli pulcherrime loqt̄ dicēs. hic itaqꝫ ē ille petrus: q cōfitēdo xp̄m dominū uiui dei eſſe filiū: ualidiſſima iuictaqꝫ nobis credēdi fūdamēta cōſtituit & pauliſp iferiꝰ qꝫ ſigit̄ unq̄ i tātū hoc i cōphēſe dcitatis archanū ſēſe attollere potuiſſet ituitū niſi ab ore petri ſalutaris huius fidei ueritas irradiaſſet

Matthæus

Matthæus

Matthæus

Maximus

Patet ēt ſublimis eius cognitio: p diuinam reuellationem: ex qua ſignanter dictus eſt beatus: Vnde dominus Matthæi. xyi. Beatus es inquit ſimon bariona quia caro & ſanguis non reuelauit tibi. ſed pater meus qui eſt in cœlis. Maximus epus ubi ſupra ſic ait. ut aūt confeſſionis huius: quanta eſſet magnitudo: ſaluator oſtenderet dicit ei. Beatus es ſimon bariona quia caro & anguis non reuelauit tibi. Sed pater meus q eſt in cœlis. Quis ergo xp̄m p carnem: & in carne natum omnipotentis patris eſſe filium: ſentire potuiſſet niſi prius hoc ipſe pater: per petrum de cœlo reuelaſſet. Fuit inſuper paſtor in correctione: per alligationem. Vnde Matthæi. xyi. Scribit̄ qꝫ dominus ſibi ſingulariter ait. Tibi dabo claues regni cœlorū. Et quod cūqꝫ ligaueris ſup terrā erit ligatum & i cœlis. licet ut habet̄ matthæi. xyiii. hoc dixiſſe uideat̄ oibus apoſtolis. ſibi tamē ſignāter dictū ē: qꝫ corripet fratrē delinquē tē. prio ſolitarie. ii. corā teſtibus: & ſic eſpedierit. tertio corā eccleſiæ: q ſi nō emendet̄ hēat̄ ab ipſo ſicut ethnicus & publicanus. Fuit deniqꝫ beatiſſimus petrus apoſtolus paſtor eximius in reductiōe: ſibi cōmiſſi gregis p abſolutionē. Ipe qdē ē ille: q ſicut hēt̄ Matthæi. xyiii. dixit ad dominū. Domīe quotiēs peccabit i me frater meus. dimittā ei. uſqꝫ ſepties? cui reſpōdit dominus nō dico tibi uſqꝫ ſepties: ſed uſqꝫ ſeptuagies ſepties. Interrogatio petri fuit de ultione dāda de Chayni. Sed reſponſio domini fuit de ultione danda de Lamech. Sicut ſcriptū eſt Geneſi. xl. ca. ſeptuplū ultio dabitur de

Matthæus

Matthæus

Matthæus

Geneſis

Chaym: de lamech uero septuagies septies. Vbi uolu
it dominus ostendere: q̄ quantacū̄q; sit ultio. sibi di/
mittenda est. Ideo matthæi. xvi. Petro singulariter di
citur quodcū̄q; solueris sup terram erit solutū i cœlis.
Fuit ēt petrus beatissimus pastor eximius. in sua p̄mo
tione p confirmationē. Luce nāq;. xxii. dixit ad cū̄ do/
minus. Ecce sathanas expetiuit uos: ut cribaret sicut
triticum. Ego autē rogaui p̄ te: ut nō deficiat fides tua
Et tu aliquando cōuersus cōfirma fratres tuos. Fuit p̄
terea petrus beatissimus pastor eximius in p̄latione si/
bi tradita p̄ impositionē domini. Scriptum est. n. ioan
nis. xxi. q̄ dominus bis dixit petro. Pasce agnos meos
Et semel pasce oues meas. Vnde maximus episcopus
in sermōe memorato supius hic est inquit. Petrus cui
christus ascensurus ad patrē pascendas agniculas suas
ouesq; cōmendat. Vt quos ille pietatis miseratiōe re
dimerat. hic fidei suæ uirtute seruaret. Et recte sane ei
arbitrium occultor̄ dei filius pascendas oues suas. tuē/
daq; cōmisit. Cui nouerat imitēdo grege dominico
nec studiū deesse: nec sedem. Fuit postremo petrus
beatissimus: pastor eximius per redimitionem. Ideo
in glo. ioannis ultimo sic dicitur. Petrus usq; ad ascen
sionem. & spiritu sancti imissionem: quia magis dili/
gerat christum iustitia exigente: magis dilectus esse
in persona sua creditur Ioannes uero familiarior. qa
forsitan te maior erat.

Explicit secunda porta pastoralis. Et tertia docto
ralis incipit.

Matthæus

Lucas

Ioannes
Maximus

DE AScensu tertiæ portæ quæ est porta doctora
lis uersus orientem. Et de tertio signo quod est ge/
mini. primum capitulum.

ATTOLITE portas principes uestras Psalm.
xxiii ad cleuandum igitur ciuitatis christi por
tam tertiam doctoralem: tertium signum zo
diaci constituamus. Ascendens quidem allegorice. s.
signum geminorum. ut ex conditionibus huius pate/
at qualis esse debeat: qui per portam doctoralem re
gnum ingredi cupit æternum: Est enim signum ge
minorum ut tradunt astronomiæ magistri. Mercu
rii domus seu habitatio. Lucis uel diei maior augu/
mentatio. Eius tota series est comunis actio. Eius
prima facies iouis sub imperio. Induco ergo q̄ signū̄ Primo
geminor̄ est domus mercurii. nam ut dicunt astrono
mi. Mercurius habet duas domos. s. signum gemino
rum & signum uirginis. Dico secūdo q̄ istud signū̄ Secundo
est maior augmentatio lucis uēl diei. nusquam enim
ad tantum crescit dies: sicut sole exeunte in signis ge
minorum. licet enim quando sol est in primo gradu
cancri: sit longissima dies. tamen statim incipit decre
scere. Tertio dico q̄ istud signū̄ ē cōe signū̄ pōitū̄. n Tertio
a philosophis aries significat mobile. taurus signū̄ fi
xū̄: sed signū̄ geminor̄ ē cōe. Dico. iiii. q̄. i. facies ge Quarto
minor̄ ē facies iouis uidelicet. io. prim? grad?. quoniā
igit̄ mercuri? plācta dicit̄ eloquētię debet q̄libet bon?
doctor ad instar signi geminor̄ cē q̄si dom?. & sūbicē/
tū eloquētię dicit. n. augustin? de doctria xp̄iana. li. ii. Augustinus

Eloquentia .ii. infra fol.xxxii.

Damaxus

Sapientia sine eloquentia parum prodest. Vnde Damaxus in epistola ad hieronymum. Cum idcirco homines a bestiis differamus: q loqui possumus. quē laudedignus est: qui in ea re cæteros superat. In qua homines bestiis antecellunt. Item dicit Tulius in li.viii. de oratione. Hoc enim prestamus uel maxime feris. q cum loquimur inter nos: & q exprimere indiuiduo sensu ideo possumus. Quis non iure miseretur. sum meq; in eo quoq; laborandum esse arbitretur: ut quo uidentur homines: maxime bestiis prestare: In hoc hominibus ipsis antecellant. Similiter idem Tulius. i. rethoricorum. Cum hominis in rebus multum humiliores. & firmiores bestiis sint: hac in re maxime bestiis prestare uidentur loqui possunt. Quare preclare mihi inquit: uidetur adeptus: qui in ea re hominibus antecellunt: qua in re homines bestiis prestant. Merito nempe bene stat in ore doctoris eloquentia: quoniam sapientia sine eloquētia. est sicut gladius in manu paralitici. & ideo infructuosa. Sic etiā eloquentia sine sapientia est sicut gladius in manu furiosi. & ideo picu losa. Sed sapientia cum eloquentia est sicut gladius mā discreti: & iō utilis & fructuosa. sicut patet. ii. R. xiiii. dē muliere tecuite sapiēte. quæ cū eloquēti sapiētia reconciliauit regem Dauit cū absolon filio suo. ciusdem quoq; libr̄i ca. ii. habet q cum Ioab princeps militiæ regis dauit: uelet funditus abelā ciuitatē destruere: quia fugerat in eā sibu filius eius: bocri mulier quedam de ciuitate illa sapiens: cum eloquentia sua principem reconciliauit. urbemq; saluauit. Sic igitur doctor quilibet erit quasi signum geminorum. et domus mercurii: quotiens cum eloquentia sapientia habebit

Doctor debet eloquens esse.

Exemplum

Tulius

Tulius

Exemplum

Vtrum ad Doctorem pertineat eloquentia.

Est geminoꝝ secunda cōditio: quod illud signum dicitur maior augmētatio lucis: uel dici. A q̄ hoc maior diminutio tenebre uel noctis. Cū ergo q̄ tenebras uel noctes intelligant uitia uel errores. Et q̄ lucem intelligamus uirtutem et sapientiam. Iuxta illud quod scriptum est ad Ro. xiii. ca. Nox p̄cessit: dies autē appropinquauit. Abitiamus ergo opa tenebrarꝝ: et induamur arma lucis: sicut in die honeste ambulemus. hinc est quod q̄libet bonus doctor dum tā in se: quantū in aliis uitia & errores nititur exstirpare. Et uirtutem & sapientiam conat̄ in se et in aliis fabricare: secundam sic conuicitur geminoꝝ conditionē habere. Scribit. n. salomon eccl. ii. ca. Transiui ad cōtemplandam sapiētiam: errores q̄ et stultitiam. Et uidi q̄ tantū p̄cederet sapientia stultitiam: quātum dif̄t lux a tenebris Sapientis oculi in capite eius. & stultus ī tenebris ambulat. Ad hoc nempe laborant antiqui philosophantes. Sicut patet per hieronymum in epistola ad paulinum. de oībus diuinæ historiæ libris: legimus inq̄t in ueteribus historiis: quosdā lustrasse p̄uintias. Nouos adisse populos: mare transisse: ut cos quos ex libris noticos uates. Sic plato egyptum. & architham trabentinā. Eandē oram italiæ: quæ condā magna græciā uocabat̄: laboriosus p̄grauit: ut q̄ magister athenis erat

Salomon

Hieronymus

Exemplum

Pythagoras

Plato.

& potens:ciusq; doctrinam a chademie gimnasia pso
nabant:fieret peregrinus:& discipulus: malens alica
uerecunde discere.q̄ imprudenter sua adiscere.denicq;
cū litterc toto quasi urbe fugientes/persequitur:cap/
tus est a piratis:& uenūdatus tyrāno crudelissimo da
ctus:patuit captiuus uictus & seruus:& tamē qa phylo
sophus:e mente maior se fuit: & similiter de multis a
liis:narrat ibidē.Porro Valerius maximus li.viii.de py
thagora dicit: q; propter sapientiæ cupiditatē egyptū
petiit.ubi litteris græcis assuefactus p̄teriti cui sacerdo
tū cōmentarios scruptatus:in mirabiliū sæculoq; ob/
seruationes cognouit.Inde ad p̄fect? magoq;:exactis
sime prudētiæ:se morād? tradidit.A qb? siderū mot?
cursūq; stellarū:& uni? cui? q;:uī: ꝓprietatē:& effectū
benignissime demōstrauit:& docili aio scripsit.Cretā
deinde: & lacedemoniā nauigauit:quarum legibus:
& moribus inspectis:ad olimpium certamen descēdit
Cumq; multiplicis sciētiæ maximā interrogatus græ/
cie:admirationem & specimē exhibuisset. Interroga/
tus quo nomine censeretur.non se sapientem.Iam.n
ad septem sapientes uiri occupauerat: sed amatorem
sapientiæ idest græce phylosophon:edidit.In italiam
partē quæ tunc maior græcia appellabat:perrexit.In
qua plurimis:& opulentissimis urbibus:effectus:stu/
dioq; suoq; approbauit. Hæc ē ergo cōditio sapiētū
ut ignorantiæ tenebris effugatis:siue diminutis: tā lō
ge q̄ iate:lumen resplendeat ueritatis. Est signi ge
minorum conditio tertia;quod ipsum est comune si/

Valerius maxi mus

Cōditio tertia.

gnum. Sic quilibet doctor bonus:& catholicus debet
esse comunis. Nam quilibet talis ponitur sicut lux
mundi. sicut ciuitas supra montem positam: & sic lu
cerna posita super candelabrum. sicut scriptum est.
Matthæi quinto cap. Vbi dictum est a domino: Pri/
mis ecclesiæ doctoribus: uos estis lux mundi. Non
potest ciuitas abscondi supra montem posita. Neq;
accendunt lucernam: & ponunt eam sub modio.sed
super candelabrum: ut luceat omnibus: qui in domo
sunt. Sic luceat lux uestra: coram hominibus: ut ui/
deant uestra bona opera: glorificent patrem uestrum
qui in cœlis est. Et Matthæi decimo. dixit dominus
eisdem: quod dico uobis in tenebris. dicite in lumi
ne. Et quod in aure auditis: predicate super tecta.
Et Marchi capitulo ultimo. Mandatur eisdem sic.
Euntes in mondum uniuersum. predicate euangeli
um omni creaturæ. Et non immerito: quia scientia
est nobili possessio animi. quæ distributa per partes
suscipit incrementum: & auarum possessorem dedi
gnatur:propter quod dicit sapiens sapientiæ: & leta
tus sum in omnibus quando antecedebat me ista sa
piētia: & ignorabam quoniam oīum bonoq;.mater ē
qua sine fictione didici.& sine iuidia cōico & hōesta
tē illius.nō abscondo.Hinc apostolus.i.ad thimotheū
c.iiii.scribit thimothēo.dicēs.dū uenio attēde lectioni
& exortationi doctriæ.noli negligere grām:q̄ ite ē: q̄
data ē tibi p̄pphetiā cū i positiōe manuū p̄sbiterii:hec
meditare.In hiis esto.ut p̄fectus tu? māifestus sit oib?

Doctor debet esse comunis & comunicatiu?.

Matthæus

Matthæus

Marchus

Apostolus

Et merito quidem doctor quilibet: debet doctrinæ
suæ comunicatiuus esse. ut domino diceti: pareat. gra
Matthæus tis accepisti: gratis date. Matthæi. x. Et ne reph̃di pos
sit. de talento sibi tradito. quod uidelicet: abscõderet
Matthæus sp̃m sicut scriptũ est. Matthæi. xxy. Teste nempe gre
Gregorius gorio: p talentum absconditũ. Intellectus designatur
in om cl. cõi. Sed in tali cõitate doctor efficitur amic⁹
dei. Et pp dona disciplinæ cõmendat̃ sicut scriptum ẽ
Sapientia sapie. yii. infinitus. n. thesaurus ẽ hõibus. quo qui uersi
sunt pticipes facti sunt amicitiæ dei. pp disciplinæ do
na cõmendati. Est igitur hæc tertia doctor̃ condi
tio: quod libẽter cõicare debent: lumen sapiẽtiæ suæ
ut deo se amicos exhibeant. errantes ad diuina ueritatis pro posse reducant. Et ignorantie tenebris ambulantes fœlici radio suæ lucis illuminent. Et sic erit in
Conditio q̃rta. eis ascendentis tertia conditio. Est signi geminor̃
Doctor debet quarta conditio. q̃ eius prima facies est iouis. Iupiter
esse religiosus. dicitur esse pianeta religionis: & fidei. Et ad uitam futuram habere respectum. Quia quilibet doctor bon⁹
debet habere primam faciem. & principalem intẽtionem ad deum: & ad uitam beatam. Nam ut ait glo.
Malachia malachie. primo. Doctor ecclesiæ mẽsam diuinæ scripturæ pollluit. Si uel pro humana gloria: uel lucro tem
Bernardus porali: uel pro fauore sæculi illam exponit. Hinc Bernardus super cant. sermone. xxxỹiii. sic ait. Sunt qui
scire uolunt: eo tamen fine. ut sciantur. Et turpis curiositas est: ut scientiam suam uendant pro pecunia.
& honoribus. Et turpis questus est: ut edificent. Et

caritas est ut edificentur. & prudentia est. horum autem omnium soli duo ultimi. non inueniuntur in abusione scientiæ: quia ad hoc uolunt intelligere: ut benefaciant. Reliqui omnes audituri sunt. Scienti bonum: & non facienti: peccatum est illi. Similiter Vgo de archa tertio lib. ca. tertio. Qui sapiẽtiam Vgo
pro humana laude querit similis est. Inde prodictori qui christum quesiuit: & uendidit. Dico tamen: q̃ dignus est operarius mercede sua. Sicut scriptum est Luc. decimo. Ideo licet non ad hoc tendere debeat principaliter doctoris intentio: tantum hoc requirere potest scilicet qui sibi sunt necessaria requirat a discipulis. Vnde & Apostolus prima ad corinthios. nono. Si nos nobis spiritualia seminamus magnum est si carnalia uestra metamus. Et parum post. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur/ que de sacrario sunt edunt. & qui altari deseruiunt/ cũ altare participantur? Ita et dominus ordinauit biis qui euãgelium anunciant: de euangelio uiuerent. Ego autem
nullum horum usus. hæc Apostolus: qui uoluit ostendere: q̃ eius intentio primaria foret ad spiritualia: & Apostolus
non ad temporalia. Debet autem quantum ad hoc doctoris prima facies esse: ad ea quæ sunt religionis & fidei. & non ad uoluptates doctrinæ sæcularis. Vnde in epistola ad eustochium sacer Hieronymus ait. Hieronymus
Cum ante annos plurimos domo parentibus: sorore: Raptus: flagel
cognatis: & q̃ biis difficilius est: consuetudine lasciuio latus a dæmo
ris cibi. propter regna cœlorum me castrassem. Et icro nibus.

In alia quoq epistola. s. ad corinthios. menādii post senariū: corrūpunt bonos mores cōfabulationes pessi me. Et apput athenien. in martis curia disputans. ara tam testem uocat ipsius. n. & genus sumus actus. xvii. Quibus imo sacer Ambrosius: beat⁹ Augustinus: & sanctus Hicronymus. In operibus suis sepissime phy / losophos allegant: & poctas. Non est tamen libris gē tilium. prima facies uel intentio danda. Sed eoꝝ omis sis erroribus oīs inuēta ueritas. ad sacræ theologiæ de corem. & moꝝ honestatem est subtiliter applicanda. Et sic habetur ascendentis conditio quarta.

DE fundaméto. iii. portæ uersus orientē & lapide cal / cidonio. ii. capit. tertiæ portæ doctoralis.

De ueritate.

NON ne deo subiecta erit aīa mea Psal. lx. ne nos igitur imeriti doctorum ascripti cōsortio plus cæteris in hoc mundo aliqd accepisse cer nimur ab auctore mundi grauius inde iudicemur. Tā to debemus humiliores esse: atq; ad seruiendum deo promptiores esse: quanto nos obligatiores esse consp cimus in reddendā rōnem. Nunc igitur postq̄ donan te deo de ascendēte tractauimus portæ doctoralis: trac tandum de fundamento iā restat. Apoch. nempe. xxi. scribit. q̄ fundamentū tertium est calcedonius. Hic lapis ē coloris pallidi. Chalcfactus trahit paleas. Et por tatus facit uiricere causas. Valet contra dæmonū illu siones. Et conseruat uirtutes. Color nempe pallid⁹ competit doctoribus qui iugiter in studio uersant fun

damentum ergo portæ doctoralis est ueritas. Nam quotiens in cuius uis doctoris doctrina minimū repit mendacium: nulla auctoritas manebit in ipsa. Dicit enim Augustinus in epistola ad hicronymum. Si. n. ad scripturas sanctas officiosa fuerint admissa menda cia: quid in eis remanebit auctoritatis. Quæ tandem de scripturis illis sententiam pferetur: cuius pondere contemptiose falsitatis subruatur improbitas. Statim enim ut ptuleris: si aliter sapit qui contra nititur: dicet q̄ tuerit honeste aliquo officio scriptorem esse men titum. Merito ergo ueritas potest poni fundamētū portæ doctoralis: quæ pro tanto ad similitudinem cal cedonii: potest dici pallidi coloris: quia ad eius inqui sitionem: ut plurimi doctores efficiuntur pallidi. Ve ritas igitur ad instar calcedonii cum calefacta fuerit paleas ad se trahit: quia quoticns doctor ueritatis ad uersus uanitatē: sæculi calefactus doctrinæ suæ con uertet nouissimos homines: qui per paleas designa / ri possunt: trahit & reducit ad uiam ueritatis. Refert enim Valerius maximus. C. fi lib. sexto. quod per / dite luxuriæ athenis adolescens polemo: neq; illece / bris eius tantummodo: sed etiam ipsa infamia: gau / dens: cum e conuiuio non post occasum solis: ī ed post ortum surrexisset: domumq; rediens xenocratis phy losophi patentem ianuam uidisset. uino grauis un / guentis delibutus: sertis capite redimitō: per lucida ueste amictus. Refertam turba doctorum omnium scholam eius intrauit. Nec contentus tam deformi

Auguſtinus

Cōditio pria.

Exemplum Valerius maximus

De polemo

introitus consecedit: etiam ut clarissimum eloquium & prudentissima precepta: temulentie lasciuiis eleuaret. Orta deniq; ut parerat omnium indignatione xenocrates uultum in eodem habitu continuit: obmissaq; re: quam discerebat de modestia: ac temperantia loqui precepit. Cuius grauitate sermonis: resipiscere coactus: polemo: primum coronam capite detractam proiecit: paulopost: brachium intra pallium reduxit. pcedente tempore oris conuiualis hylaritatem deposuit ad ultimum totā luxuriam exuit: unius q̄dnis saluberrima medicina sanatus: ex infami gancōe maxim⁹ phylosophus euasit. Consimile quoq; de beato francisco narratur. Nam odore opinionis bone ipsius circūquaq; diffuso: ad p̄sentiam eius uidendā plurimos de diuersis partibus attrahebat. Inter quos quidam secularium cātionum curiosus inuentor: qui ab imperatore ppa fuerat coronatus. Et inde rex uersuum nominatus. uirum dei contemptorē mondaliū adire prepositi. Cūq; apud castrum sancti seuerini: cum predicantem respixisset. In monasterio quodam facta manu domini super se uidit cundē: crucem christi predicatorem franciscum. duobus transuersis ensibus ualde fulgētibus. In modū crucis signum: quoꝝ unus a capite ad pedes: alius a manu in manum p pectus transuersaliter tendebatur: nō nouerat facie seruum christi. Sed tantū mōstrato miraculo mox agnouit: subito stupefactus ad usum incipit meliora prepone re. Tandemq; uerborum ipsius compūctus uertice

Exemplum De beato francisco.

tanquam si esset gladio spūs: ex eius ore procedente transfixus secularibus pompis: omnino contemptis beato patri professione adhesit. Adsimilitudinem autem calcedonii: ueritas doctoris in ore portata: facit uincere causas. Dicit enim Augustinus in epistola ad hieronymū sic. Incomparabiliter enim pulchrior est ueritas christianorum: quam helena græcoꝝ. Pro ista enim fortius nostri martires: aduersus hāc sodomam: quam illi heroes pro illa aduersus troiam dimicauerunt. Nihil deniq; fortius ueritate. In omni questione superat. Et quasi oleum: omnibus mobilibus supernatat. Scriptum est enim .ii. hesdre .iii. & iiii. capitulis. Quod cum coram dario Rege psarum tres adolescentes: sua problemata proposuissent: primusq; dixisset. Forte est uinum. Secundus fortior est Rex. Tertius fortiores sunt mulieres. Super omnia autem uincit ueritas. Primiq; problemata sua conati fuissent arguere. Tertius uisus est p̄bare: quod mulieres sunt fortiores. Pro ueritate tamen concludendo sic ait. Veritas magna & fortior p̄ omnibus. Omnis terra ueritatem inuocat. Cœlum autem ipsam benedicit: & omnia opera mouent & terminant eam Et non est in ea quicquam iniquum: iniquus Rex: inique mulieres. Et iniqui omnes hominum filii. Et iniqua omnium illorum opera. Et non est ipsis ueritas. Et in sua iniquitate peribunt. Et ueritas ualet. & inualescit in æternum: & uiuit: & obtinet: in sæculoꝝ sæcula. Nō est aput cā accipe psonas neq; differētias

De fortitudine & excētia ueritatis Augustinus

Hesdre de dario rege de problematibus trium adolescentium.

Sed quæ iusta sunt facit: omnibus iniustis: ac mali/
gnis. Et omnes benignatur in operibus suis. Et non ẽ
in iudicio suo iniquum: sed fortitudo: & regnum: &
potestas: & maiestas omnium cuorum. benedict⁹ de⁹
ueritatis. Et desiit loquendo. Et omnes populi clama
uerunt: & dixerunt. Magna ueritas: & preualet prop/
terea Psal. clxxxx. scribitur. Scuto circundabit te ueri/
tas eius: non timebis a timore nocturno: a sagypta uo/
lante in die a negocio perambulante in tenebris: ab'i
cursu & dæmonio meridiano. Cadẽt a latere tuo mil
le & decem millia a dextris tuis. Et prouerbiorum. xx.
misericordia & ueritas custodiũt regẽ. Hic saluator
Io. viii. dicit. Si uos manseritis in sermone meo. uere
discipuli mei eritis: & cognoscetis ueritatẽ: & ueritas
liberabit uos. Et suple. facict uos in oĩbus cãis esse uic/
tores. Quæ fuit huius porræ fundamenti. cõditio. ii.

Psalmus

Prouerbiorum

Saluator Io.

De illusionib⁹ dæmonum

Q d ueritas ua
let contra illusi
ones dæmonũ

Veritas insup tãq̃ nobilissimus calcedonius aduers⁹
illusiones dæmonũ: maxime ualet. Cum. n. antequã
uerbum dei foret incarnatũ: totus quasi mũdus a dæ
monũ illusionibus deceptus esset. Intantũ ut infœlix
hõ: quasi p totũ orbẽ terraꝝ aut idolis: surdis: & mutis
sua curuaret genua: aut solẽ uel lunã: aut aliquas cœli
stellas adoraret: aut hoies nephãdissimos. utpote: Iouẽ
saturnũ: martẽ: herculẽ: & huiusmodi: uelut deos cole
ret: seo aialia brata: & imodissima deos cẽ putaret. ue
ritas de terra post hæc orta ẽ: q̃ suos apostolos: & docto
res fidelissimos i orbẽ misit uniuersũ. ut i oẽm terram
exiret sonus coꝝ. Et i fines orbis terræ uerba eorum.

Qui purgatis mõdi erroribus: & expulsis cultoribus
pariter a culturis: & illusionibus dæmonum. unius ue
ri dei: cultum in mentibus hominum seminarunt.

exẽp. Cyrus rex
psaꝝ

Cyrus rex persarum: & omnes babilonii taliter illu
debantur. q̃ colebat ydolum. nomine Bel. Et crede/
bant ipsum quottidie plurimum comedere. Consi
militer draconem adorabant: quem etiam deum ui
uum unigenitum esse credebant. has illusiones fuga/
uit ueritas. In ore danielis ut habetur Daniel ca. xiiii.

Daniel

Græcorum quedam fuit opinio: quod Diomedes
translatus inter deos: & omnes eius socii in aues fue
rint conuersi: quæ incolunt insulam quandam a dio
mede nominatam: quæ est in apulia: non longe a mõ
te gargano: ubi ante erat diomedis templum. ad q̃
aues predicte portabant aquam. Et si uidissent aliquẽ
græcum: circũuolabant eum. sibiq̃ uidebantur adu/
lari. Si uidissent aliegenam: persequi: & uulnerare co
nabantur. Vt ait Augustinus. decimo octauo de ciui/
tate dei. c. xyi. Et sequenti. c. narrat de illa magna fa/
mosissima circe: quæ socios ulixis mutauit in bestias
Sicut archades in transitu cuiusdam stagni: facti sũt
lupi. Quas omnes dæmonum illusiones ueritas deo
gratias christiana fugauit. Dicit autẽm ibidem Au/
gustinus q̃ dum esset in italia: de quibusdam audiuit
mulieribus: quæ mãlis artibus cascum uiatoribus dã
tes: Ipsos in iumenta uertebant: & iamentorum mo/
re: pondera maiora portabant: humana tamen tema
nente mẽte. Simile narrat apulcius accidisse sibi in

Diomedes Græci q̃dã fue
runt mutati in
auibus

Augustinus

De circe
Archades

Augustinus

Hoies aliq fue
runt mutati in
iumentis.
Apulcius

de asino aureo

libro quem intitulauit de asino aureo. Dicit enim ꝙ quodam accepto ueneno: humano animo permanente: factus sit asinus: et asini portabant onera. In quibus nihil aliud credendum est: secundum ueritatem catholicam. Nisi ꝙ sint illusiones dæmonum: ut aspicientes: se uidere talia credant. cum tamen nihil sit in rei ueritate: sicut fit in fasinationibus. Porro de hiis quibus talia accidunt: cum tamen nihil sit in rei ueritate: dicendum est. uel ꝙ somniant talia se facere: cū tamen non faciant. uel quod similiter fasinantur, ut cæteri scilicet ut credant se fecisse. quæ forsitan facere somniantur dæmonibus talia facientibus per se ipsos: & hominibus ostendentibus ad deceptionem: ꝙ fiant per alios.

Exemplum Beatus germanus

Legitur enim de beato germano ꝙ hospitatus in quodam loco. Cum post cenam mensa iterum pararetur: admiratus interrogauit: cui de nuo preparassent. cui cum diceretur ꝙ bonis mulieribus: quæ de nocte incedunt. Illa nocte statuit beatus germanus uigilare. Et ecce uidit multitudinē dæmonum ad mensam: in formam mulierum uenientes. Qui eis percipiens ut non abirent: cunctos de familia excitauit. Inquirens si personas illas cognoscerent: ꝙ cum omnes uicinas suas esse dicerent. Misit ad domos singularum percipiens dæmonibus. ne abirent Et ecce omnes in suis letulis sunt inuente. adiurati se dæmones esse dixerunt: qui sic hominibus illudebant. has igitur illusiones uirtus christiana fugauit.

De ueritate

Veritas deniq; ad instar calcedonis uirtutes omnes

40

et maxime mentales iugiter in suo robore seruat. Nam ut ait Anselmus in lib. de ueritate. Veritas est rectitudo sola mente perceptibilis. Merito nempe ueritas est aliarum uirtutum firmamentum: quia per hanc unusquisq; solidatur ab alio: sicut membrum a membro. Vnde. Apostolus ad ephesios. iiii. Deponentes mendacium loquimini ueritatem: unusquisq; ꝙ cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra. Quemadmodum ergo totum corpus redditur robustum: ex hoc quod membra sibi debite correspondent ad inuicem. Ita quotiens unusquisq; ueritatem loquitur cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra: per hoc quod in mistico corpore membra mistica correspondent totum corpus solidum est: & robustum: & stabile. Et certe nil mirum: quoniam ut ait apostolous ad ephesios quinto. fructus enim lucis est ueritas. Ac per hoc luculenter apparet: quod ueritas est omnium uirtutum fundamentum: & robur. Et sic habetur fundamentum portæ doctoralis conditio quarta.

Q d oēs uirtutes mētales iugiter in suo robore seruat Anselmus Q uid ē ueritas Apostolus

Idem

DE laterib? siue spōdilib?. iii. portæ uers? oriēt̄ ca. iii.

NIsi dominus edificauerit domum in uano laborauerunt qui edificant eam psalm. cxxvi. Non igitur putemus in nobis huius ciuitatis christi portas edificare nos posse: nisi dominus manum suam dignetur apponere. Volentes eū eius auxilio portam doctoralem allegorice fabricare

Primum latus ponimus uite; uerbiq; cōformitatem

Matthæus

Dicit.n.dominus.Matthæi.y.ca. Qui ergo ſoluerit unum de mãdatis iſtis minimis:& docuerit ſic homines:minimus uocabitur in regno cœlorum.Hinc Auguſtinus de uerbis domini in monte.Doctor grauius affligetur:& obſequenter diſcipuli exemplo plectetur qui facienda aliis tradidit:quæ ipſe non fecit. Neq; enim is religioſus:& ſanctus eſt. Qui legem uoluit ceſſantibus factis cum magis expediat facere: q̃ docere.quia moleſtum docere:& non facere.Criſoſtomus autem ſuper matthæum. Docere & non facere:nõ ſolum nihil eſt lucri:ſed damni.plurimum confert.Grãdis eſt condemnatio etiam componenti ſermonẽ ſuũ Vitam uero ſuam:atq; opera negligenti. Similiter Yſidorus de ſũmo bono li.tertio.c.i. Tam inquit doctrina q̃ uita clareſcere:debet eccleſiaſticus doctor. nã trina ſine uita arrogantem reddit. Vita ſine doctrina inutillem facit. Sacerdotis predicatio operibus confirmãda eſt. Ita ut quod docet uerbo:inſtruat exẽplo'. Nihil.n.turpius eſt:q̃ ſi bonum predicat ore: explere negligit opere.Hinc Gregorius in omelia comuni.Mandatum quippe ſoluit & docet:quando hoc uocc q̃ſq; predicat:quod uiuendo non implet:ſed ad regnum æterne beatitudinis peruenire non ualet:q nõ uult opere implere quod docet. Quomodo ergo in eo uocatur:q ad hæc nullo modo intrare pmittit? qd itaq; p hanc ſententiam niſi preſens eccleſia regnum cœlorum dẽt. In qua doctor:qui mandatum ſoluerit minimus uocabit. Quia cuius uita deſpicit:reſtat ut

Auguſtinus Vite. uerbiq; cõformitate

Criſoſtomus,

Yſidorus

Gregorius

eius p̃dicatio contemnat. & merito nã diſcipuli prudẽtes:plus informant uita moribuſq;:q̃ uerbis. Ait.n.ſeneca epiſtola.yi.ad lucilũ plus tibi uiua mox: & conuictus : quam oratio p̃derit in re p̃ſentem uenias opum. Primo quia homines ampliũs occulis quã uerbis. Deinde quia p longum iter eſt p̃cepta breue & efficax p exempla. Cenonem eleantes non exp̃ſiſſet: ſi tantũ modo audiſſet.uitæ eius interfuit.Secreta p̃ſpexit.obſeruauit illũ.An ex formula ſua uiueret. Plato & Ariſtoteles: & omnibus in diuerſum iter ſapientium turba:plus ex moribus quã ex uerbis. Socratis traxit metodorum & hinacum:& policnum:magnos uiros.nõ ſchola epicuri:ſed contubẽnium fecit. Sic ergo patet q uita doctorum debet eſſe conformis doctrinæ.ut.ſ. qui ſancte p̃dicat:ſancte uiuat. Quis enim recta docet:& male uiuit:grauiter arguet a domio. Scriptum eſt enim in pſal.xlyiiii.Peccatori autẽ dixit deus quare tu enarras iuſtitias meas:& aſſumis teſtamentum meum:per os tuum. Tu uero odiſti diſciplinam:& p / iecciſti ſermones meos retrorſum. Et parum poſt hæc feciſti & tacui.Exiſtimaſti inique q ero tui ſimilis.arguam te & ſtatuam contra faciem tuam. Eſt cuiuſlibet boni doctoris:neceſſaria uitæ:uerbiq; cõformitas in uirtutibus & ſanctis moribus. Et ſic habebit portæ doctoralis primum latus ſeu ſpondille. Secundum latus portæ memorate; eſt debita docendi auctoritas Gene.nempe.xix.cap.ſcribitur:quod cum loth:Sodomitas rethrahere uellet uanitatibus ſuis. Dixerunt ad

Seneca.

Exemplum cenonis

ii. latus de auctoritate docẽdi Geneſi De loth.

eum recede illuc: ingressus es: ut aduena: nunquid ut iudices. Exodi quoq; .ii. ca. scribitur: ꝙ moyses anteq̃ missus esset a domino. ac per hoc antequam auctoritatem accepisset instruendi: uidit duos hebreos risantes & dixit ei qui faciebat iniuriam. quia percutis proximum tuum. Qui respondit Quis te constituit principem: & iudicem super nos. Ideo uolens apostolus ostendere quod nullus absq; auctoritate: debet officium doctoris assũmere. Sic dicit ad romanos ca. x. quomodo inuocabunt. In quẽ non crediderunt: aut quomodo credent ei quẽ nõ audierunt: quomodo audiẽt si est p̃dicante: quomodo uero p̃dicabunt: nisi mittantur? quasi dicat nullo modo. Eadem quoq; sententia Luculentius ait ad hebreos. y. c. Nec quisquã sũmat sibi honorem. sed qui uocatur a deo tãquam Aaron uolens per hoc inuere: ꝙ quisqs doctoris sũmit officiũ non missus uel uocatus quia auctoritatem non habet docendi: presumptuosus potius quã doctor debet appellari. Vnde glo. ii. ad corinthios. x. Qui non p̃dicat missus non est p̃dicator ydoneus. sed p̃sumptor & reprobus. Vnde Iere. xiiii. ca. scribitur. Hæc dicit dominus de prophetis: q ꝓphetizant in nomine meo. quos non missi dicentes. Gladius & fames non erit in terra hac. In gladio & fame consumẽt prophete illi. Et qbus ꝓphetant? erunt ꝓiecti in uiis ierusalẽ p̃fame & gladio. Et nõ erit q sepeliet eos. Et Iere. xxiii. dicit dominus. Non mittebam ꝓphetas & ipsi curebant. Nõ loquebar ad eos. & ipsi prophetizabant. Si stetissent

Exodi. Moyses

Null⁹ absq; auctoritate debet officium doctoris asumere

Predicator debet habere auctoritatem docẽdi & predicãdi.

Ieremia.

in consilio meo. & nota fecissent uerba mea populo meo. Auertissẽ utiq; eos auia sua mala: & a pessimis suis cogitationibus. Et inferius in eodem ca. dicit. Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium. ait dominus: qui narrauerunt ea: & seduxerunt populũ meum in mendacio suo. Et in miraculis suis: cum ego nõ misissem eos: nec mandassem eis quoniam nil profuerunt populus huic ait dominus. Similiter ezechiel. xiii hæc dicit dominus deus. Ve prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum: & nihil uident quasi uulpes in desertis. Vident uana & diuinantur mendacium. dicente ait dominus. Cum dominus non miserit eos: & perseuerantes firmauerunt sermonem Auctoritas ergo superioribus data necessaria est doctoribus: quæ est latus secundæ portæ doctoralis.

Tertium latus portæ supradicte: est studii doctoris assiduitas. quem quilibet bonus doctor: assidue legens: semper adiscere: & cõtinuo studere debet. Plato namq; dixit: quod sapiens eundem facit finẽ discendi: quã & uiuendi. Discendo igitur ne deficiat. Littere enim in sapienti animo tanquam baculus in firmo corpori reperte sunt. Aristoteles autem insuper ait. Debent homines uiaticum ĩenectuti litterarum eruditione parare.

Narrat etiam Valerius maximus libro octauo ꝙ carneades laboriosus: & diuturnus ĩapientiæ miles: expletis. lxxxx. annis. Idem illi uiuendi: & phylosophandi. finis fuit.

Ezechiel

iii. Latus de assiduitate studẽdi.

Plato.

Amatores scie

Aristoteles

Valeri⁹ maxi⁹ exemplum carneade

Ita se mirificum doctrinæ opibus adiecerat. Vt cũ ci/
bi capiendi causa recubuisset. Cogitationibus inherẽs
manũ ad mensam: ponere obliuisceretur: sed eũ me
lixa quã loco uxoris habebat: temperato inter studia
non interpellandi: sed medie succurendi officio dexte
ram suã necessariis usibus aptabat. In eodẽ libro de ar
chimedis studio tractans ait. captis siracusis: marcell⁹
archimedis machinationib⁹: multũ ac diu uictoriã suã
senserat inhabitã. Eximia tamen prudentia hois dele
ctatus: ut capiti illius parceret̃. Edixit pene tantũ in ar
chimenide seruato: quantũ in oppressis siracusis repo
nens. At. xyiii. dũ aio & occulis ĩ terra defixis: formas
describit militi q̃ p̃dandi gratia domũ iruperat: stricto
q̃ gladio sup̃ capud: quis nã esset interrogabat: pp̃ ni
miam inuestigandi cupiditatem: q̃ requirebat: nomẽ
suũ indicare non potuit. Sed p̃ tracto manibus pulue
re. Noli inquit obsecro istũ disturbare circulum. Ac p̃
inde quasi negligens impii uictoris sanguine suo: ar
tis suæ liniamenta confudit. Nec hoc scilendũ putõ

Archimedes p̃ pter astratũ stu dium nõ dedit respõsum unde mortu⁹ fuit

Quod ibidem de solone. Valerius ait. Solon quãta
industria fragrauerat. & uersibus complexus est. qui
bus signat se quottidie aliquid ad discentem senexe
re. Et sũme sup̃mo die uitæ suæ confirmauit: quod as
sidentibus amicis: & quadam de re interse conferen
tibus factis iam pressum caput errexit. Interrogatus
q̃ qua propter id fecisset: respondit ut cum istud quid
quid est de quo disputatis percepero moriar. Re ue
ra nempe quilibet prudens. Et si unum pedem habue

Exemplum de solone phyloso pho ẽt in morte desiderabat a discere.

rit in sepulchro: semper tamen addiscere uellet. Hic
ecclesiastici. yi. ca. scribitur. Filii a iuuentute tua acci
pe doctrinam. Et usq̃ ad canos inuenies sapientiam.
Ex quibus omnibus patet: q̃ quilibet bonus doctor as
siduitatem studii debet habere. Si tertium presentis
portæ latus in semetipso uelit errigere. Quartum
latus portæ presentis est in docendo assiduitatis. Tan
ta enim est uis docendi: ut plerũq̃ sapientior fiat ho
mo docendo: quã audiendo: seu legendo. quod exper
tus sum in me ipso. Plura nempe didici dum alios do
cerem. quã dum in libris legerem. uel alios audirem.
Vnde per quẽdam prudentem dicitur. Sæpe rogare
rogata tenere. retenta docere. Hæc tria discipulum fa
ciunt superare magistrum. Hinc. ii. methafisice dicit
Aristoteles: scientis signum est posse docere. Plato
cum multos scripsisset libros: multosq̃ discipulos do/
cuisset. lxxxi. anno completo mortuus est. Et ut ait ua
lerius li. yiii. ca. yii. Sic nec extrema quidem eius hora
agitatione studii uacua fuit. Obiit autem natalis sui
die. Et ut ait Hieronymus in epistola ad nepotianum
de uita clericorum. Socrates. lxxxxix. annos in docen
di scribendiq̃: dolore laboreq̃ complẽuit. Aristo/
teles: scribendo iugiter: & docendo uixit annis. lxiii. ĩ
optimo mentis uigore existens. Et ut habetur in quo
dam libro de uita phylosophorum. ccc. composuit li/
bros. licet alibi legat̃ q̃ tractatus. iooo. cõposuit. Nar/
rat Valerius maximus libro preallegato. Quod Iso/
crates pulcherrimũ fecit librũ ãno etatis suæ. lxxxxiiii

Quartũ lat⁹. Assiduitas do/ cẽdi & adiscẽdi

Aristoteles

Plato obiit na tali sui die.

Valerius maxi mus

Hieronymus

De socrate

Aristoteles qu ot libros scripsit

Valeri⁹ maxi⁹

Isocrates

neq; hoc stilo terminos uitæ suæ clausit: nāq; admira
tionis suæ fructū qnquēnio pcepit. Ibidem narrat
de chrispo quod quodā incepit opus anno. xxxix. æta
tis suæ: quod cōpleuit āno. lxxx. exactissime sublimita
tis. Cuius studiū in tradendis ingenii sui monumētis
tantū opere laborisq; substinuit: ut ad ea quæ scripsit
penitus cognoscēda lōga uita sit opus. Quid autem
dicam de sanctis doctoribus religionis nostræ. Beatus
nempe Paulus: uas ellectionis effectus: quāto post hoc
tp̄re uixit ad tātos & tot scribēs ecclesias: usq; ad mor
tē docere nō desiit. Cuius doctrina sanctissima euāge
lii cernitur esse medula. Origenes fertur. Sex millia.
uolumia composuisse. licet in qbusdā nimiū errauerit.
Sacer ambrosius cuius doctrina beatū augustinū
illuminauit & reduxit ad fidē: usq; ad uitæ suæ finem
scribere & docere nō cessans: plurima uolumina: fide
lissima & egregia posteris fidelibus dereliqt. Beatus
Augustinus ut in legēnda sua ponitur: tanta scripsit:
ut non solum diebus ac noctibus scribere libros eius:
quis nō possit. sed nec legere quidem occurat: de quo
Volusianus ait. Legi dei deest: quidquid augustinū
cotingerit ignorare. Porro beatus Hieronymus qua
lis fuerit in doctrina: beatus augustinus insinuat dicēs
Sanctus hieronymus p̄sbiter: græco: latino: & hebreo
eloquio eruditus: in locis sanctis: atq; in litteris sacris
usq; ad decrēpitam uixit ætatem. Cuius uobis eloquii
ab oriente in occidente ad instar solis lampas resplen
duit. Obiit autem expletis. lxxxxviii. annis & sex mē

Paulus

Origenes quot libros scripsit.

Ambrosi⁹ qualis fuerit in doctrina

De beato Augustino qualis fuerit in doctrina.

De beato hieronymo qualis fuerit in doctrina

sibus. De beato uero gregorio doctore solēnissimo
quid dicemus: cum in cunctis operibus suis excellen
tissime sanctorum morum instructorem: sacrosancta
cernat ecclesia. Cuius libros sanctissimos cum uellent
inuidi comburere: & iam quosdam combussissent: re
stitit uenerabilis petrus discipulus eius asserens in ma
gnum sacrilegium esse tanti patris: tot & tales libros
exurere. Super caput eius ipse spiritum sanctum in si
militudinem columbæ frequentissime prospexit. qd
doctorum sacratissimorum conor doctrinæ solitudinē
Cum mihi si singulos uellem enarrare deficeret tem
pus. hoc unum concludo: quod quilibet uolēs per por
tam doctoralem christi ciuitatem introire: debeat as
sidue docere: Vt habeat quartum latus portæ supra
dicte.

De beato gregorio qualis fuerit in doctrina

DE capitaneo siue custode tertiæ portæ doctora
lis capitulum quartum.

ELEVAMINI portæ eternales: & introibit
rex gloriæ Psalm. xxiii. Est enim portæ doc
toralis principalis dux & capitaneus. Domi
nus noster Iesus christus. Quoniam nullus presume
re debet. Magister uelle uocari. Sicut ipse mandat
Matthæi. xxiii. dicens. Vos autem nolite uocari rab
bi: Vnus est autem magister uester. Et parum post
Nec uocemini magistri: quia magister uester unus
est Christus. Et Ioannis. xiii. Dixit dominus Iesus
Christus: Vos uocatis me magister: & domine. &
benedicitis: sum & enim.

Xp̄s uocat̄ magister & uerus doctor

Matthæus

Ioannes

Nonne tibi uidetur: ꝙ dominus noſter Ieſus xp̃s dici poſſet habere conditiones huius ſigni. ſ. ſigni geminoꝝ. Cū habeat in eadē perſonam geminā eſſentiam. Geminā naturā. Geminam formam. Geminā uoluntatē. Et geminā natiuitatem. Propter geminā eſſentiam: quandoꝙ dixit. Ego & pater unū ſumus. Io. x. ſ. in eſſentia diuina. Quandoꝙ uero dixit pater maior me eſt. ſ. in eſſentia humana. Io. xiiii. Propter geminam naturam dicit leo papa in quodā ſermone. Vtrāq; n. in unā cōueniſſe p̃ſonā niſi fides credat ſermo nō explicat. Propter geminam formā dixit apoſtolus ad phylipen. ii. Chriſtus ieſus cū in forma dei eſſet: nō rapinam arbitratus ē eſſe ſe equalē deo. Sed ſemetip̃m exinaniuit formā ſerui accipiens. Propter geminam uoluntatē dicit dominus Luc. xxi. patri ſuo nō mea uoluntas: ſed tua fiat. Secundū. n. duas naturas: diuerſe fuerunt in xp̃o uoluntates. Aliud. n. uolebat uoluntate diuina: uel diuinitatis: cui p oīa rationis affectus concordabat. Aliud affectu ſenſualitatis: uoluntate nāq; diuinitatis: & rōnis: uolebat mori p̃ ſalute hois affectu ſēſualitatis: nolebat. utrūq; uero bonū erat: ſed alterū melius. ſ. ut moriret̄. Idcoq; id affectū mancipabat. Nec tamē dicendū ē in xp̃o ſp̃ūm concupiſciſſe cōtra carnē: uel carnē cōtra ſpiritū: uel cōtra deum: qa dei uoluntas erat: ut ſecundū carnē illud uellet ac peteret: ut ueritas humana in eo exprimeret̄. unde chriſtus & petiuit iuxta affectum carnis: ꝙ non obtinuit: quia nec ſecundum uoluntatem diuinitatis &

rationis id obtinere uellet. Propter geminam natiuitatem dicit Damaſcenus li. iii. ca. yii. Veneramur in chriſto duas natiuitates: unam quæ ex parte anteſæcula ſupra tamen: & rationem: & tempus: & noſtram Aliam quæ in ultimis propter nos ſecundum nos: & ſupra nos: propter nos: quoniam propter noſtram ſalutem: ſecundum nos quia natus eſt homo ex mulie/re. & tempus conceptionis ſuper nos: quia non ex ſemine: ſed ex ſpiritu ſancto: & ſancta uirgine ſupra legem conceptionis. Conditiones etiam fundamenti huius portæ. ſ. ueritatis: ſic habet dominus ut etiam dicat̄ ipſa ueritas: ſicut ipſe dixit Io. xiiii. Ego ſum uia ueritas & uita. Vnde diſcipuli phariſeoꝝ: cū herodianis: tanq̄ ab ipſa ueritate coacti dixerunt. magiſter ſcimus quia uerax es: & uiā dei in ueritate doces. ſicut ſcriptū ē matthæi. xxii. c. Huius deniq; portæ latera in domino noſtro ieſu xp̃o. fuiſſe manifeſtum ē. Habuit. n. uitæ uerbiq; cōformitatē. ſicut ſcriptum ē actuū. i. ubi cepit ieſus facere: & docere: uſq; i diē qua p̃cipiens apoſtolis p̃ ſp̃ūm ſanctum quos elegit aſſumptus eſt & matth. y. dicit dominus. Nolite putare quoniā ueni ſoluere legē ſed adiplere. Luc. quoq; ii. c. cū iueniſſet eū mater ſua ſedentē iter doctores ſiue i mediō doctorū. Sibiq; dixit fili qd feciſti nobis ſic. Ecce pater tuus & ego dolētes q̄rebam? te. Reſpōdit qd eſt ꝙ me querebatis neſciebatis ꝙ i his quę patris mei ſūt oportet me eſſe. Conſimiliter Io. yi. dicit dominus. deſcendi de cœlo non ut faciam uoluntatē meā; ſed uoluntatē

Propter geminā natiuitatem Damaſcenus

Q d chriſt? habuit conditiōes fundamenti. ſ. ueritatis

Ioannes

Matthæus

Conformitas uerbi: & uitæ chriſti

Idem

Ioannes

Xp̃us habuit auctoritatẽ docendi & predicãdi. Lucas

cius q̃ misit me. Porro secũdũ latus. s. auctoritatẽ docẽdi hic ostendit se habere. Luc. iiii. quãdo uenit nazareth & intrauit synagogã: & surrexit legere. Et tradit? est sibi liber ysaie prophete. Et ut reuoluit librum inuenit locum ubi scriptum erãt. Spiritus domini super me ꝓter q̃ unxit me euãgelizare pauperibus misit me. Et hæc dixit de se fore dictũ: & inferius: cũ turbe uellent cũ detinere respõdit. Et aliis ciuitatib? oportet me euãgelizare regnũ dei: quia ad hoc missus sũ. Et Io. iii. Dixit dominus sic. Deus dilexit mũdũ: ut filium suũ unigenitũ daret: ut omnis qui credit in cũ non pereat sed habeat uitã eternã. Et ad galatas. iiii. scribitur. ubi uenit plenitudo temporis misit deus filiũ natũ ex muliere: factũ sub lege. Vt q̃ sub lege erãt redimeret. ut adoptionẽ filioꝝ reciperemus. Inde uero studium q̃ hui? portæ latus tertiũ licet dicatur. Luc. ii. q̃ ies? ꝓficiebat ætate: & sapientia: & gratia apud deum & homines Tamen quia nõ indigebat studio cũ ab instanti prio suæ cõceptionis fuerit plenus sapiẽtia: dicere possum? q̃ orationem habuerit loco studii quã quidem sæpissime cõtinuabat. Sicut superius porta. i. c. iiii. clarius est expressum. Est. n. in oratione cuiuslibet boni doctoris studium maximi ꝓfectus. Continuatio uero quanta fuerit in xp̃o patet ex uerbis suis matthæi. xxvi. Tanq̃ ingt ad latronẽ exiistis cũ gladiis & fustibus cum prendere me. Quottidie aput uos sedebam: docens in templo: & non me tenuistis. Luc. quoq̃. quarto. capitulo scribitur de iesu: quod descenderit in capharnaũ

De studio doctrinæ & oratione xp̃i. Luc.

Matthæus

Lucas

ciuitate galileæ. Ibiq̃ docebat illos sabato: & stupebant in doctrina eius quia i potestate erat sermo eius Et inferius. c. xix. legitur: q̃ erat quottidie docens in templo. Io. autem. xviii. Respõdit Iesus põtifici. Ego palam loquutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga: & in templo: quo omnes iudei conueniũt Et in occulto loquutus sũ nihil. Huius aũt dux & capitaneus: appropriatus est beatissimus andreas. Qui ut superius carta prima est dictũ. Interpetrãt decorus respondens: q̃ maxime competit doctoribus. Huius ergo capitanei laudes enarrare cupiens: partim ex euãgelio: partim ex legenda coligam: quæ dixero. Nec non quæ dici poterunt: intendo narrare. neq̃. n. sufficio: sed xp̃o quæ referrã elligã nõ quedã maiora: sed mihi singulariora: fuit enim beatissimus. Qui prius ex apostolis sequutus fuit dominũ. Petrũq̃ suis regulis duxit ad fontem luminũ. Vnum pandit ex parulis cibũ habẽtẽ geminũ. Gentiles pulsus & icebulis traxit ad lucẽ hominũ. Matthæo tractis oculis orãs refecit luminũ. Excellẽs in miraculis resuscitauit agmina. Magis doctos i populis: duxit ad nostra carmina. Inueterato maculis: indulta docet crimia. Primũ uidelicet q̃ ipse prius ex apostolis fuerit sequutus dominũ: patet Io. i. Nã cum beatus ãdreas esset discipulus beati ioãnis baptiste: audiuit abeo. Ecce agnus dei: dũ domõstraret domiũ: q̃ sequũt? ẽ ip̃m. & mãsit aput illum die illo. hoc autem fuit statim. ii. die baptizato xp̃o. Anteq̃ ioãnes de nuptiis uocaret. Et sic bea

Ioannes

Capit. proprius Andreas apostolus

Pri? ex apostolis sequutus fuit deum. Ioannes

Xp̃us habuit auctoritatẽ docendi & ptedicãdi. Lucas

cius q̃ misit me. Porro secũdũ latus. s. auctoritatẽ docẽdi hic ostendit se habere. Luc. iiii. quãdo uenit nazareth & intrauit synagogã: & surrexit legere. Et traditꝰ est sibi liber ysaie prophete. Et ut reuoluit librum inuenit locum ubi scriptum erãt. Spiritus domini super me ꝓter q̃ unxit me euãgelizare pauperibus misit me. Et hæc dixit de se fore dictũ: & inferius: cũ turbe uellent cũ detinere respõdit. Et aliis ciuitatibꝰ oportet me euãgelizare regnũ dei: quia ad hoc missus sũ. Et Io. iii. Dixit dominus sic. Deus dilexit mũdũ: ut filium suũ unigenitũ daret: ut omnis qui credit in cũ non pereat sed habeat uitã ternã. Et ad galatas. iiii. scribitur. ubi uenit plenitudo temporis misit deus filiũ natũ ex muliere: factũ sub lege. Vt q̃ sub lege erãt redimeret. ut adoptionẽ filioꝝ reciperemus. Inde uero studium q̃ buiꝰ portæ latus tertiũ licet dicatur. Luc. ii. q̃ iesꝰ ꝓficiebat ætate: & sapientia: & gratia apud deum & homines Tamen quia nõ indigebat studio cũ ab instanti prio suæ cõceptionis fuerit plenus sapiẽtia: dicere possumꝰ q̃ orationem habuerit loco studii quã quidem sæpissime cõtinuabat. Sicut superius porta. i. c. iiii. clarius est expressum. Est. n. in oratione cuiuslibet boni doctoris studium maximi ꝓfectus. Continuatio uero quanta fuerit in xp̃o patet ex uerbis suis matthæi. xxvi. Tanq̃ ingt ad latronẽ existis cũ gladiis & fustibus cum prendere me. Quottidie aput uos sedebam: docens in templo: & non me tenuistis. Luc. quoq̃. quarto. capitulo scribitur de iesu: quod descenderit in capharnaũ

De studio doctrinæ & oratione xp̃i. Luc.

Matthæus

Lucas

ciuitate galileæ. Ibiq̃ docebat illos sabato: & stupebant in doctrina eius quia i potestate erat sermo eius Et inferius. c. xix. legitur: q̃ erat quottidie docens in templo. Io. autem. xviii. Respõdit Iesus põtifici. Ego palam loquutus sum mundo. Ego semper docui in synagoga: & in templo: quo omnes iudei conueniũt Et in occulto loquutus sũ nihil. Huius aũt dux & capitaneus: appropriatus est beatissimus andreas. Qui ut superius carta prima est dictũ. Interpetrãt decorus respondens: q̃ maxime competit doctoribus. Huius ergo capitanei laudes enarrare cupiens: partim ex euãgelio: partim ex legenda coligam: quæ dixero. Nec non quæ dici poterunt: intendo narrare. neq̃. n. sufficio: sed xp̃o quæ referrã elligã nõ quedã maiora: sed mihi singulariora: fuit enim beatissimus. Qui prius ex apostolis sequutus fuit dominũ. Petrũq̃ suis regulis duxit ad fontem luminũ. Vnum pandit expauulis cibũ habẽtẽ geminũ. Gentiles pulsus & icbulis traxit ad lucẽ hominũ. Matthæo tractis oculis orãs refecit luminũ. Excellẽs in miraculis resuscitauit agmina. Magis doctos i populis: duxit ad nostra carmina. Inueterato maculis: indulta docet crimia. Primũ uidelicet q̃ ipse prius ex apostolis fuerit sequutus dominũ: patet Io. i. Nã cum beatus ãdreas esset discipulus beati ioãnis baptiste: audiuit abeo. Ecce agnus dei: dũ domõstraret domiũ: q̃ sequũtꝰ ẽ ipm. & mãsit aput illum die illo. hoc autem fuit statim. ii. die baptizato xp̃o. Anteq̃ ioãnes de nuptiis uocaret. Et sic bea

Ioannes

Capit. proprius Andreas apostolus

Priꝰ ex apostolis sequutus fuit deum. Ioannes

tus andreas quodāmodo dici potest primogenitus in/ ter apostolos: quia prio secuutus est dominū. Secun/ dum autem q̄ beatus andreas suis sacratis sermoni/ bus duxerit beatum petrum ad fontem luminum. pa/ tet eodem cap. ubi dicitur: quod beatus andreas inue nit primū fratrem suum simonem: & dixit ei. Inue nimus messiam quod est interpetratum christus. Et ad duxit eum ad iesum. Intuitus autem iesus eum dixit Tu es simon filius ioanna: tu uocaberis cæphas: quod interpetratur petrus. Ex quo patet quod apostolorum principem deduxit ad dominum: quod nullum dubiū est sibi ad magnam prerogatiuam. Tertium patet. Io yi. Nam cum dominus uidisset magnam multitudi/ nem se sequentē & irrogasset phylipū: unde ememus panes: & phylippus respondisset ducentor̄ denariorū panes nō sufficerēt: ut unus quisq̄ modicū q̄d accipiat Statim respondit ādreas: est puer unus hic: qui habet quinq̄ panes ordeaceos: & duos pisces. Quod intelli gēdo allegorice patet solus ille puer. i. iesꝰ hēt: ut pos/ uos reficere: quinq̄. s. plagas suas q̄bus nos redimit. Et corpus: & sanguinem q̄bus nos reficit: quasi quinq̄ panibus ordeaceis: et duobus piscibus.

Quartū patet matthæi. xii. ubi debet̄ q̄ gētiles erant ex hiis q̄dā q̄ ascēderāt ut adorarēt i die festo. hii. ergo accesserūt ad philipū et rogabāt ēt dicētes uolum⁹ iesū uidere: uenit phylippus: & dixit andree. Et andreas rursum: & phylipus dicunt iesu. ut uidelicet is qui pri us fuerat sequutus primitias ecclesiæ.

ii. Petrus q̄ suis regulis d uxit ad fōtem lumi num

Vnū pādit ex puulis cibū ha bētē geminum

Gētiles pulsus et iebulis traxit ad lucē hoium. Matthæus

Petrum deducendo primus obtulerat primitias autē gentiū domino in hiis offeret gentilibus qui deū uide re cupiebant. Nec per seipsos adire sufficiebant. Sed requirebatur q̄ beatus andreas ad hoc opus uocaretur sicut factum est. Quintū uidelicet: q̄ orando resti/ tuit occulos beato matthæo patet ex legenda sua ubi dicit̄: q̄ post ascensionē domini: andreas apud syriam Matthæus apud burgundiā p̄dicauit. Viri autē illi pre dicationem penitus respuentes: ei occulos eruerunt. & uinctum in carcerē posuerunt: post paucos dies cum occidere disponētes. Interea angelus domini: sancto andree apparuit. & burgundiā ad sanctum matthæū ire p̄cepit. Quo cum iuisset & inuēto carcere apto. ui dit beatum matthæum: quo uiso fleuit plurimūm: & orauit: & statim dominus restituit occulos beato mat thæo: & restituit ip̄m libertati suæ. beatus aūt andre/ as matthæo inde recedente: gentē illā suis orōnib⁹ cō uertit ad dominū. Sextā aūt. s. q̄ excellens in mira/ culis suis resuscitauerit agmina: patet ibidē. ubi dicit̄ q̄ quattuor uiri uenieb̄āt ad populū i quodā nauigio Vt ab eo fidei doctrinā acciperent. Et ecce a diabolo mare concitat̄. Et oēs piter demerguntur. Cū aūt corpora ad litus fuissent delata. ante apostolū deportantur. & ab eo cōtinuo suscitāt̄. suscitauit aūt & unū aliū: quē septē demones in forma septē canū interfece rat in cubiculo. Qui resuscitatus deinceps adhesit si/ bi. Hos autem septē dæmones infestantes ac occiden tes hoies inde trāseuntes extra niceā ciuitatē: fugaue/

y. Matthæo tra ctis occulis orās refecit luminū.

yi. Excellens in miraculis resu scitauit agmia

rat apostolus.ad preces hominū illius ciuitatis. Se
ptimū patet ex hoc ꝙ iudei signa petunt: & græci sa
pientiā querunt.ut ait apostolus. Totusq; mūdus ali?
in auguriis:& auspiciis uiueret. Ac ꝑ hoc quantū ad
humanas scias græci fore doctores. Beat? andreas ue
lut doctor egregi?:& portæ doctoralis dux digniss?m?
& capitaneus:ad ipsos græcos missus est. Quos & ad
uiā ꝓduxit ueritatis. In tantū ꝙ in achaya consistens
totā cāde ecclesiis cōpleuit. Ac populos ad fidem xp̄i
conuertit.Et ꝓconsulis uxorē fidē xp̄i docuit. Et sacro
baptismatis fonte regenerauit. & cū ꝓcōsule pulcher
time disputauit de fide.Et tandē ꝑ defensione ueritā
tis.In cruce de hostibus:ut doctor fidelissime triūpha
uit. Octauum & ultimum. patet in eius legenda.
Vbi dicitur ꝙ senex quidam nomie Nicolaus:adiit
apostolū dicens. Ecce septem anni uitæ meæ sunt:in
quibus semper luxuriæ deseruiui: accepi aliquando
euangelium orans dominum: ut mihi amodo conti
nentiam largiretur. Sed in ipso peccato inuetera
& a mala concupiscentia illectus statim ad opus soli
tum reuertebar. Quadam igitur uicæ concupiscen
tia inflamatus: oblitus euangelii; quod super me po
sueram: ad lupanariui. Statimq; meretrix dixit mi
hi: egredere senex egredere: quia angelus domini
es tu: neq; me contingas: neq; hic accedere presu
mas. Video enim super te mirabilia. stupefactus ad
meretricis uerba.racolui: quod mecum euangelium
detulissem. Nunc ergo sancte dei pro salute mea;

Magis doctos i populis duxit ad nostra car / mina.

yiii. Inueterato maculis indul / ta docet crimia

tua pia oratio intercedat. Orauit ergo beatus Andre
as. Nec comedere uoluit; Quousq; uenit ad eum
uox de cœlo dicens; obtinc; pro seno. Cum ergo se
nex penitentiam egisset: & ad dominum migrasset.
Venit uox de cœlo ad beatum Andream dicens:per
orationem tuam nicolaum quem perdideram aqui
siui.

Explicit secunda porta. De ascensu quarte portæ sa / cerdotalis:seu clericalis:& de quarto signo ꝙ est can / cer uersus meridiem cap.i.quartæ portæ

SICVT audiuimus:sic uidimus in ciuitate do
mini uirtutum. psalm. xlyii. Sacerdotalem
seu clericalē portam ciuitatis christi. Primam
ponimus ex parte meridiana:quoniam dici pōd? por
tare debet et estum; qui curam susc̄epit animarum
Hii sicut uident & a domino audiunt:nunciare de /
bent. In ciuitate domini uirtutum sibi cōmissis po /
pulis. Ascendens huius portæ: loquens allegorice:
sicut prius:ponimus esse:quartū cœli signum.s.Can /
crum:ut ex conditionibus cancri:patcant cōditiones
eorum:qui per hanc portam ingredi cupiunt domini
delitias. Cancer ergo ut uolunt astronomi. Est lunæ
domicilium. Iouis secundum gaudium Nobis ali
ad solsticium. Primū uenus denarium supple habet
Dico ergo primo: ꝙ cancer est domus unica lunæ
Cū.n.cæteri planetæ duas hēāt dom?. Sol habet uni
cā domū.s.leonē & similiter luna unicā domū.s.cācrū

Cancrum quar / tum signum ce / li

Cancri condi / tio prima.

Dico secundo q̄ cancer est secundum gaudium ionis idest exaltatio. Nam primum planete gaudium est domus eius: secundum est exaltatio. Dixi ter/tio: quod cancer est nobis aliud solsticium. Nam quā/do sol suo motu intrat primum minutum eius est in/qualitas diei: & noctis maxima: quia dies est tunc no/bis maxima: & nox nobis minima. Dixi quarto qd/ uenus habet primum denarium idest primā faciē can/cri. quelibet enim facies continet decem grad⁹. Cū/ ergo per lunam multotiens intelligatur ecclesia: quia/ sicut luna de se nullum habet lumen/ sed totum q̄ ha/bet recipit a sole, Sic & ecclesia quicquid habet lumi/nis recipit a domino/ qui est uerus sol. Hinc est q̄ ge/quid est domus ecclesiæ potest dici domus lunæ. De/bet ergo quilibet sacerdos uel consecratus clericus: ad/ instar cancri esse domus lunæ idest ecclesiæ sibi com/misse. Est enim domus operimentum defendens/ a furibus. Ab imbribus. A cumatibus. Et a uentis. Sic/ ergo bonus sacerdos tam uita quā doctrina defen/re debet comissum sibi gregem a furibus idest ab in/fernalibus hostibus: ne dicatur mercenarius. Sicut scri/ptum est io. x. Mercenarius: & qui non est pastor: cu/ius non sunt oues propriæ/ Videt lupum uenientem/ & dimittit oues/ & fugit/ & lupus rapit/ & dispergit o/ues. Mercenarius autem fugit: quia mercenarius est:/ & non pertinet ad eum de ouibus. Debet autem esse/ sicut bonus paterfamilias: de quo scriptum est Luce/ xii. Hoc autem scitote: q̄ si paterfamilias sciret qua/

Solsticium quā do est

Per lunā affigu rat ecclesia

Sacerdos ꝺbet defendere gre gem sibi comis/sum a peccatis

tā doctrina quā uita

Ioannes

Lucas

hora fur ueniret uigilaret utiq̄. & nō sineret perfodi/ domum tuam. Debet autem tanq̄ bonus pater def/fendere: tā uerbo: q̄ doctrina populum sibi comissum/ ab imbribus: & a gulæ superfluitatibus: quæ sunt in/ excessu: cibi: & potus: de quibus dictum est ad ro. xiiii./ regnum dei non est esca: & potus. Et prima ad corin/thios. yi. Esca uentri: & uenter escis: deus aūt: & hunc/ & has destruet. Debet similiter bonus sacerdos ser/uando: docendo: reprehendendo sibi comissum popu/lum: a caumatibus deffendere uidelicet tā a superflua sā/guinis: q̄ seminis accessione retrahere. Quaꝝ prima ē/ intra: secūda ē in lasciuia. Debet ergo p̄ posse dis/cordes & turbatos ad cōcordiā: & lasciuos: & imōdos/ ad mondiciam reuocare. Quoniā aūt ut plurimū cau/mata reddunt hominē sitibundū: & lapsum: quia mo/raliter intelligendo: sitim: auaritiam: & lapsitudinem/ accidiam dicimus: quoties sacerdos populū suum sa/cris amonitionibus: & exemplis ab auaritia retrahit et/ accidia: ipsū uelud domus firmissima deffendit a cau/matibus. Debet deniq̄ sacerdos bonus: uelut do/mus populi sui: ipsum a uentis deffendere. Quid per/ uentum nisi superbiam/ & uanā gloriam uolumus in/telligere? Quæ uellum nostre mentis inflantes: cum/ nos in altum & q̄uum mare deducunt. Subito nos i/dem relinquentes defficiunt: & recedunt: ut dica/mus q̄ scriptum est Iob. yii. Ventus est uita mea: & non reuertetur oculus ut uideat bona. Tunc ergo/ sacerdos quilibet primam ascendentis conditionem

Sacerdos ꝺbet concordare dis cordes

Ventus ponī/tur p superbia.

Iob.

Sacerdos ꝺbet exaltare deum

bet quando taliter: ut bene fundata domus: deffenſor fuerit ſibi comiſſi gregis. Eſt cancri conditio ſecũ da. In qua eſt exaltatio iouis. Ponitur autem iupiter ſummus deus: non ꝙ ſidus illud: quod uocatur iupiter ſit ille: qui fecit cœlum & terram: & omnia quæ continentur in eis. Sacerdos.n. bonus debet eſſe exaltatio ſũmi iouis. i. omnipotentis dei. Tum quia uocatus eſt: & ſuſceptus eſt in ſortẽ domini. Tum quia cor altum habere debet: & ad ea quæ ſurſum ſunt.

Tum quia non ſuam: ſed domini: querere debet gloriam. Tu autem quia ſubiectum ſibi populum ad exaltandum dominum inducere debet. Dico primo ꝙ quilibet bonus ſacerdos: & clericus ſacratus: eſſe debet exaltatio dei: quia uocatus & ſuſceptus eſt in ſortem domini: ut merito cum pſalmiſta dicat pſal. xxix. Exaltabo te domine: quoniam ſuſcepiſti me. dicit enim yſodorus li. yii. ethi. c. xii. Et habetur in decretis di. xxiii. ſic cleros græce latine ſors uel hereditas. dicitur propterea igitur dicti ſunt clerici: qa de ſorte ſunt domini: uel quia partem habent domini. generaliter autem clerici nuncupantur oẽs qui in eccleſia dei ſeruiunt. Dico ſecũdo ꝙ quilibet clericus ſacratus debet exaltatio dei fore: quia debet habere cor altum: & ea quæ ſurſum ſunt querere ſemp. hiis aũt dicit apoſtolus ad collo. iii. Si cũ ſurrexiſtis cũ xpõ: quæ ſurſum ſunt querite. Vbi xpõs eſt in dextera dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite: non quæ ſup terram. Et pſal. lxiii. ſcribitur. Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur

Sacerdos ꝺbet eẽ exaltatio dei quia uocatus et ſuſceptus eſt in ſortem domini Yſodorus.

Clericus debet eẽ exaltatio dei quia debet habere cor altum

deus. Accedit.n. homo ad cor altum ſingulariter quotiens accedit: ad corpus & ſanguinem domini conſecrandum: propterea parum ante conſecrationem. Dicit ſacerdos in miſſa. Surſum corda: cui reſpondent clerici habemus a domino. Cor ergo altum ſemper habere debet ſacerdos: ut ſemper in ipſo deus exaltetur.

Dixi tertio ꝙ quilibet clericus ſacratus debet eſſe ſummi iouis exaltatio: quia non ſuam: ſed domini querere debet gloriam Io. nempe. yii. ſcribitur. Qui a ſemetipſo: gloriam propriam querit: qui autem q̃rit gloriam eius: qui miſit illum: ille uerax eſt. & iuſtitia in illo non eſt. Propterea dicit dominus Ioan. octauo. Honorifico patrem meum: & uos inhonoraſtis me. Ego gloriam meam non quero. Hinc dani el capit. iii. ſcribitur. Benedicite ſacerdotes domini domino: laudate & ſuperexaltate cum in ſecula. Sacerdotibus autem mandatur Pſalm. cyi. Exaltent cũ in eccleſia plebis. & in cathedra ſeniorum laudent cũ

Dixi quarto quod quilibet bonus ſacerdos eſſe debet exaltatio dei: quia ſibi ſubiectum populum: ad exaltandum dominum: inducere debet. Malachie nempe ſecundo capitulo. Scribitur. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam: & legem requirunt ex ore eius. Quia Angelus domini exercituum eſt. Super quo uerbo dicit Beatus Gregorius. Sacerdos uocatur ideſt omnipotentis dei nuncius: quia dei & hominum ſequeſter eſt, Eiuſq; ad populum nunciat uoluntatem.

Ioannes

Idem

Daniel

Sacerdos ꝺbet inducere populum ad exaltãdum deum. Malachia

Gregorius

Gregorius nazanzenus Speciale officium ſacerdotis.

Vnde gregorius nazãzenus. Speciale officium ſacerdotis eſt mediatorem eſſe populi apud deum. Vt quilibet talis: iugiter populum ſuum doceat. Illud dicens q̃ habetur pſal. lxxxxviii. Exaltate dominum deũ noſtrum: & adorate in mõte ſancto eius: quoniã ſanctus dominus deus noſter. Et taliter bẽbit q̃libet bonus clericus aut ſacerdos aſcendentis conditionẽ ſecundam.

De ordinata & de conuerſatione ſecularium.

Eſt cãcri cõditio tertia: q̃ eſt nobis ſolſticium altũ i. dici: & noctis inequalitas maxima: ubi dies noctem longiſſime excedit. Quid p̃ diem niſi clericalẽ ordinatam uitam: & per noctem maximã: niſi xp̃ianoꝝ ſeculare nolumus intelligere conuerſationem. Prima nempe maxime ſplendet. Secunda uero prauis tenebris plerunq̃ nigreſcit. Dicit. n. ambroſius in li. de paſtoribus. Nihil ſęculo excellentius, ſacerdotibus. Nomen ergo congruat actui: & actio reſpondeat nomini. Ne ſit nomen inane: & crimen imane. Ne ſit honor ſublimis: & uita peruilis. Ne ſit deifica profectio: & illicita actio. Ne ſit religioſus amictus: & irreligioſus profeſſus. Ne ſit grad⁹ excelſus: & deformis exceſſus Ne habentur in eccleſia cathedra ſublimior: & cõſcientia ſacerdotis reperiat̃ humilior. Ne loquutionẽ ſimulemus ẽolũbinã: & habeamus caninã. Et p̃feſſionem mõſtrem⁹ ouinã: & ferocitatẽ hẽamus lupinã: hæc illæ. Haꝝ actionũ quæ ſuadent̃ ſacerdotibus: faciũt ad p̃liſitatẽ dici: q̃ uero diſſiduadent̃ ad p̃lixitatem noctis Hii ſunt q̃bus receptis recipit̃ xp̃s. Q uib⁹ ſpretis ſpernit̃ xp̃s. Sicut ſcriptũ ẽ Luc. x. ubi dominus diſcipulis

Ambroſius

Honor ẽ ſacerdotibus exibendus.

ait. Q ui uos audit: me audit: & qui uos recipit: me recipit: & qui uos ſpernit: me ſpernit: qui autẽ me ſpernit: ſpernit eum qui miſit me. Hinc gregori⁹ ad mauritium: & habetur in decretis. xi. q. iii. Sacerdotib⁹ autem non ex terrena poteſtatẽ: dominus temporalis indecitius indignetur: ſed ex cœleſti conſideratione p̃pter cum cuius ſerui ſunt eis: ita dominetur: ut etiam debitam reuerentiam impendat. Nam in diuinis eloquiis: aliquando dii: aliquando angeli uocant̃. Nam & ad moyſem de eo qui ad iuramentum deducẽdus ẽ dicitur: applica illum ad deos. uidelicet ad ſacerdotes Et rurſus ſcriptum eſt. diis non detrahes ideſt ſacerdotib⁹. Et p̃pheta labia ſacerdotis cuſtodiũt. iuſtitiã & legẽ req̃rũt ex ore eius: q̃a angelus domini exercituũ ẽ.

Gregorius

Sacerdotes aliquando dii aliquando angeli uocantur

Refert eccleſiaſtica hyſtoria q̃. Imperatori conſtantino: libri ſunt oblati. quibus plurimum. Sacerdotes: & epiſcopi iudicialiis accuſabantur. conſtantinus ergo libelos accepit: accuſatos cõuocauit: & in eorum aſpectu libelos quos acceperat: non uiſos: incendit: & ait. Ite & inter uos cauſas ueſtras diſponite. quia dignum non eſt: ut nos. Iudicemus deos. Et ut mauritio ſcribit gregorius. pagani qui in republica principes fuerunt: uerum deum neſcientes: deos lignẽos: & lapideos colebant. Et tamen eorum ſacerdotibus maximum honorem tribuebãt. Quid igitur mirum. Si chriſtian⁹ imperator: ueri dei ſacerdotes hõoret. Cũ pagani principes honorem impendere eorum ſacerdotibus nouerunt qui lignis & lapidibus ſeruiebant.

Hyſtoria qualiter cõſtãtin⁹ imperator abſoluit clericos a iudiciis ſeculari⁹.

Gregori⁹ Pagãi quomõ honorabant ſacerdotes

exēp. Pharaōis Solū possessiones sacerdotū dimisit liberas

Pharao tantūmodo: sacerdotum terras propter honorem sacerdotii tempore famis & sterilitatis septene liberas esse permissit gene. xlyii. hinc psal. ciiii. dicitur nolite tangere xp̄os meos. Et in prophetis meis nolite malignari. Et apostolus pria ad thymoteum. y. Qui bene presunt presbiteri: duplici honore digni hēantur: maxie qui laborant in uerbo & doctrina. Ex qbus oībus euidenter apparet ꝙ propter officii dignitatem: propter uitæ sanctitatem: & propter doctrinæ claritatē. quilibet bonus sacratus clericus: potest dici maxia dies: & ita noctis opposite dici potest altū solstitium quod fuit ascendentis portæ clericalis conditio tertia. Est cancri conditio quarta: quod pria facies eius ē ueneris. Venus ponitur planeta beniuolus: precipue circa filios nutriendos: & diligendos: & defendēdos & uere quilibet bonus presbiter: nutrire: diligere & defendere debet filios suos: quos in xp̄o genuit: & continue per euangelium generat. Si. n. pater uel mater filium suum diligit carnalem: quāto magis debet sacerdos diligere: & nutrire filium suum spiritualem diligere in quam: erudiendo: corrigendo: blandiendo arguendo: obsecrando: increpando. Quotiens et quādo sibi uidebitur expedire. salomon ꝓuerb. xiii. dixit. Qui parcit uirge odit filium qui autem diligit eum instanter errudit. Et. xxix. c. dicit errudi filium tuum: & refrigerabit te & dabit delitias animæ tuæ. Et eccl. yii. Si filii tibi sunt errudi illos. & cura illos de pueritia illorū. Porro mathæi. xyiii. dat dominus sacerdotibus

Q d̄ qlibet bonꝰ presbiter nutrire diligere & defēdere debet filios: quos in xp̄o genuit.

De correctiōe.

Matthæus

formam principaliter corrigendi suos spūales filios dicēs. Si peccauerit inte frater tuus uade & corripe eum inter te: & ipsum solum: & si non corrigitur: unū uel duos adhibe tecum testes. Quod nec sic corrigit̄ dic ecclesie uerum de blādiendi forma habetur genesi. l. Nam cū ioseph cerneret fratres suos pauidos propter inimicitias: quas ei fecerant: dixit eis. Nolite timere ego pascam uos: & paruulos uestros. Consolatusq; est eos: & leniter: & blande est loquutus. Et ad laudem pontificis & sacerdotis nirtuose blandientis in sermone comuni. sacer Ambrosius ait quod blandimentis est preditus: lenitatis omnium ciuium. In deum ꝓuocauit affectum ꝓ reliquis dilectionis actibus dicit apostolus. ii. ad thymoteum. iiii. c. argue obsecra: increpa: in omni pacientia. & doctrina per talem igit̄ dilectionē spiritualem filiorū habet̄ ascēdētis quarta cōditio DE fundamento quartæ portæ: quæ est uersus meridiem. & de lapide smeragdo. c. ii.

De iosep cōtra fratres suos.

Ambrosius

Apostolus

GLORIOSA dicta sunt de te ciuitas dei psal. lxxxyi. Gloriose ciuitatis christi merita dicta sunt gloriosa: signantur in fundamentis initiorum eius: quæ fundamenta sunt lapides preciosi non quidem mortui: uel insensibiles: sed lapides uiui gloriosa felicitate beati. Portæ igit̄ clericalis: quæ est in ordine quarta. fūdamētū ē smaragdus ut ait beatꝰ Io. apoch. xxi. Lapis iste uiridis ē coloris: & iter oīa uiridia optinet pricipatū & signāt̄. iiii. uirtutes hēt ad ꝓpositū nostꝝ. Nā uisū cōfortat debilē. Fecūdū facit hoīē

exēp. Pharaōis Solū possessiones sacerdotū dimisit liberas

Pharao tantūmodo: sacerdotum terras propter honorem sacerdotii tempore famis & sterilitatis septem liberas esse permisit gene. xlvii. hinc psal. ciiii. dicitur nolite tangere xp̄os meos. Et in prophetis meis nolite malignari. Et apostolus pria ad thymoteum. v. Qui bene presunt presbiteri: duplici honore digni hēantur: maxīe qui laborant in uerbo & doctrina. Ex q̄bus oībus euidenter apparet q̄ propter officii dignitatem: propter uitæ sanctitatem: & propter doctrinæ claritatē. quilibet bonus sacratus clericus: potest dici maxīa dies: & ita noctis oppositę dici potest altū solstitium quod fuit ascendentis portæ clericalis conditio tertia. Est cancri conditio quarta: quod pria facies eius ē ueneris. Venus ponitur planeta beniuolus: precipue circa filios nutriendos: & diligendos: & defendēdos & uere quilibet bonus presbiter: nutrire: diligere & defendere debet filios suos: quos in xp̄o genuit: & continue per euangelium generat. Si. n. pater uel mater filium suum diligit carnalem: quāto magis debet sacerdos diligere: & nutrire filium suum spiritualem diligere in quam: erudiendo: corrigendo: blandiendo arguendo: obsecrando: increpando. Quoticns et quādo sibi uidebitur expedire. salomon q̄uerb. xiii. dixit. Qui parcit uirge odit filium qui autem diligit eum instanter erudit. Et. xxix. c. dicit erudi filium tuum: & refrigerabit te & dabit delitias animæ tuæ. Et eccl. yii. Si filii tibi sunt erudi illos. & cura illos de puericia illorū. Porro mathæi. xyiii. dat dominus sacerdotibus

Q d̄ q̄libet bon̄ presbiter nutrire diligere & defēdere debet filios: quos in xp̄o genuit.

De correctiōe.

Matthæus

formam principaliter corrigendi suos spū̄ales filios dicēs. Si peccauerit inte frater tuus uade & corripe eum inter te: & ipsum solum: & si non corrigitur: unū uel duos adbibe tecum testes. Quod nec sic corrigit dicclesie uerum de blādiendi forma habetur genesi. l. Nam cū ioseph cerneret fratres suos pauidos propter inimicitias: quas ei fecerant: dixit eis. Nolite timere ego pascam uos: & paruulos uestros. Consolatusq̄ est eos: & leniter: & blande est loquutus. Et ad laudem pontificis & sacerdotis uirtuose blandientis in sermone communi. sacer Ambrosius ait quod blandimentis est preditus: lenitatis omnium ciuium. In deum q̄uo cauit affectum p̄ reliquis dilectionis actibus dicit apostolus. ii. ad thymoteum. iiii. c. argue obsecra: increpa: in omni pacientia. & doctrina per talem igit̄ dilectionē spiritualem filiorū habet̄ ascēdētis quarta cōditio DE fundamento quartæ portæ: quæ est uersus meridiem. & de lapide smeragdo. cvii.

De ioseph cōtra fratres suos.

Ambrosius

Apostolus

GLORIOSA dicta sunt de te ciuitas dei psal. lxxxvi. Gloriose ciuitatis christi merita dicta sunt gloriosa: signantur in fundamentis initiorum eius: quæ fundamenta sunt lapides precioſi non quidem mortui: uel insensibiles: sed lapīdes uiui gloriosa felicitate beati. Portæ igit̄ clericalis: quæ est in ordine quarta. fūdamētū ē smaragdus ut ait beat⁹ Io. apoch. xxi. Lapis iste uiridis ē colōris: & iter oia uiridia optinet pricipatū & signāt. iiii. uirtutes hēt ad ppositū nost̄. Nā uisū cōfortat debilē. Fecūdū facit boīē

De honestate clericorum

Honestas est fūdamentum uitæ clericalis

Res auget & diuitias. Et cōpescit lasciuias. Per smaragdum igitur quartæ portæ fundamentum: honestatem intelligo: quæ fundamentum debet esse uitæ clericorum: quæ debet esse uiridissima: quia semp debet esse recentissima: semper uiua: nec unquam exsiccata. Honestas igitur ad similitudinem smaragdi: uisum confortat debilem: quia singulariter debet relucere in occulis: propterea potestas rogabat Psalm. cxxyiii. Domine. auerte occulos meos: ne uideant uanitatem: super quo uerbo. Sacer dicit ambrosius

Ambrosius

Visio multa cōmittit.

Auertamus occulos nostros a uanitatibus. Ne q̄ oculus uidet: animus cōcupiscat. Hinc Augustinus de ci de christiana. Et hēt i decreto. xxxii. q. y. C. nec solo. ne dicatis uos hēre aios pudicos. si hētis occulos ipudicos. Quia impudicus occulus: impudici cordis est nūtius Et cum se inuicem sibi etiam tacente lingua: conspectu mutuo corda nuntiant impudica. Et secundum cō cupiscentia carnis: altérutro delectātur ardore: etiam intactis ab in monda uiolatione corporibus: fugit castitas ipsa de moribꝰ unde matthæi. y. ueritas ait. Ois qui uiderit mulierem ad concupiscentiam: eam iam mecatus est i corde suo. Super quo uerbo dicit gregorius. Q ūia. n. græco uocabulo adulter mechus dicitur cum non aliena coniunx: sed mulier uideri prohibetur aperte ueritas ostendit quia etiam solo uisu cum turpiter: uel innupta cōcupiscitur adulterium perpetrat quod tamen plerunq̄ ex tempore: ex loco: uel ordine concupiscentium discernitur: quia sic hunc in sacro

Matthæus

Gregorius

ordine studiosa concupiscentia. Sicut illum. s. laicum adulterii inquinat culpa. Inde in epistola ad nepotianum de uita clericorum. Sacer Hieronymus periculose tibi ministrat: cuius uultum frequenter attendis. Similiter Ysodorus de uita clericorum. & habetur in decretis di. xxiii. his igitur. Clerici non uagi occulis: non effreni lingua: aut petulanti: fluidoq̄ gestu incedant sed pudorem: ac uerecundiam mentis: simplici habitu incessuq̄ ostendant. Quare nempe cecidit fidelissimꝰ dauit in adulterium: proditionem: & homicidiū nisi quia ut habetur. ii. Re. ii. cap. Cum surrexisset de stratu suo post meridiem: & ambularet in solario domus suæ regie. uidit bersabeæ uxorem urie se lauantem ex aduerso super solarium suū: quæ erat pulchra mulier ualde: Ipsáq̄ cōcupiuit. & misit p ea: & genuit ex ea filiū: & post hoc p̄ditorie. uriā uirū suū mādauit occidi. Cōsimiliter ut hētur danieli. xiii. c. duo senes qui constituti fuerunt: iudices: populi inde uidentes susanam uxorem iohachim quottidie: ingredientem & deambulantem: impomerio: uiri sui: exarserunt in concupiscentiam eius. & aduerterunt a recto sensum suum. & declinauerūt occulos suos: ut nō uiderent cœlum: neq̄ recordarentur iudiciorum iustorum. Quā postea uolentem eis consentire: diffamerūt falso atq̄ damnauerūt. Sed dominus per os pueri danielis: liberauit eam. Honestas igit maximē uiget in occulis. Et ipsos cōseruat & cōfortat in clericis sacratis. Honestas in sup ad instar smaragdi facit hoiem facūdū

Hieronymus

Ysodorus.

Sicut dauit ceciditin adulterium

Daniel exēplū de duobus senibus q exercerūt i cōcupiscentia uxoris ioachim

De honestate in sermone

Salomon

& in sermonibus ornatum & compositũ. Prouerbiorũ nempe.xy.c.scribitur. Non abscondas sapientiam tuam in docere: In lingua enim sapientia dignoscitur: & sensus: & scientia: & doctrina: in uerbo sensati. hic

Tulius.

Tulius iu libro de senectute: decorus est sermo senis quietus & tremulus: facitq; sæpe ipsa: sibi audientiã diserti senis: apta & mitis oratio. Et ecõtrario sicut ait

Hieronymus

Hieronymus ĩ epistola ad magnũ oratorem urbis romenandri snĩa fuit. Corrunpunt bonos mores: cofabulationes pessime. Quod etiam ponit apostol⁹.i.ad

Apostolus

corinthios.c.xv.dicens. Nolite seduci. corrũpunt bonos mores colloquia mala: & beatus Franciscus in re-

Franciscus

gula sua dicit fratribus suis: q̃ sint examinata & casta colloquia sua: ãnunciantes uitia: & uirtutes: penam & gloriam: cum breuitate sermonis: & de ipso sic dicitur in legenda. Erant autem ipsius elloquia non inania: nec risu digna: sed uirtute sancti spiritus plena: erant medullis cordis penetrantia. Vt in uehementem stuporem audientis conuerterent. Vere nempe qui hõestus est honesta: & qui ĩhonestus inhonesta loquitur

Tulius.

Vnde tulius contra salustium ait. Non qui ita uiuit ut tu: aliter actu potest loqui. Nec q̃ ita illo de sermone utitur: uita honestior est: ni mirum: nam ut ait Ari-

Aristoteles

stoteles.i.per iere. Sunt autem eaq; sunt in uoce ea.q̃

Ioannes

sunt in anima passionũ note. Et dominus iesus Io.iii. dicitur. Qui de terra est de terra loquitur. Luc. quoq;

Lucas

yi. dominus ait: bonus homo: de bono thesauro cordis sui profert bonum. Et malus homo de malo thesauro

profert malum. ex habundatia cordis os loquitur. Cũ enim sacerdotum officium sit subditorum mores cõponere. errores ipsorum effugare: dubia disoluere: & ĩterrogata respondere. Patet q̃ sermones honestos: & compositos debent ordinate proferre. Dicit enim beatus Hieronymus in epistola ad paulinum: quod sacerdotis officium est: interrogatum respondere de lege. Inde Vtoron. legimus. Interroga patrem tuum: & anunciabit tibi maiores tuos: & dicent tibi hæc hieronymus. Taliter igitur se debet habere quilibet sa-

Hieronymu

cratus clericus: in exhortatiõe: ac familiari colloquutione: cum sibi subdito populo: quod merito sibi possit dici uerbũ quod scribitur iudith. yiii.c. omnia quæ loquutus es uestra sunt. & non est in sermonibus tuis ulla reprehensio. nunc ergo ora pro nobis. Et sic habet fundamenti portæ clericalis secunda conditio.

Honestas etiam ad similitudinem Smaragdi res auget & diuitias. non quidem ignauia opum: ponderа quibus ad facinus nihil instructius: cum & habendi sitis incanduit: ut ait Boetius in prologo arismetrice suæ: de quibus etiam dicit dominus: matthæi yi. Nolite thesaurizare uobis thesauros: ubi errugo & tinea demollitur: & ubi fures effodiunt: & furant De quibus insuper dicit Apostolus prima ad thimoteum. yi. Qui uolunt diuites fieri. Incidunt in temptationem: & perditionem: & in laqueum dyaboli: & desideria multa inutilia: & nociua: quæ mergũt homines in interitum: & perditionem.

Hõestas au
ueras diuitia

Boeti⁹

Matthæ⁹

Apostolus

Matthæ⁹

Primis diuitiis pag: eget natura.

Boeti⁹

Claudianus Versus

Sed eas augeat diuitias: de q̄bus ait dominus matthæi.vi. Thesaurizate uobis thesauros in cœlo: ubi neq; tinea: ueq; errugo demolitur: & ubi fures non effodiunt: neq; furantur. Primis diuitiis parum eget natura: dicit enim Boetius secundo de consolatione. prosa v. Sed quod naturæ est satis: repelere indigentiam uelis. nihil est: q̄ fortunæ affluentiam appetas. Paucis enim minimisq; natura contenta est. Hinc Claudianus ait. Viuitur exiguo melius natura beatum. Omnibus esse dedit si quis cognouerit uti. Propterea dicebat epicurus: honesta res est: beata paupertas. Ni mirum quoniam quilibet christi seruus: habens alimenta: & quibus tegatur: his contentus esse debet ut uult apostol⁹. i. ad thimoteū. vi. honestas i alimētis & uestib⁹: sacerdotem facit habundātem & copiosū.

Quilibet clericus debet seruare honestatem

Hieronymus

Debet igitur deo quilibet sacratus clericus: honestatem seruare: in cibis: & potibus: & in uestibus. Prio quidem ut ad disoluta cōuiuia: non accedat. Legitur in aghaten. consilio. & habetur in decreto di. xxxiiii. Presbiteri: diaconi: & subdiaconi uel deinceps quibus ducendi uxores licitum non est. etiam alienarum nuptiarū euitent cōuiuia. nec his cetibus misceant̄: ubi amatoria cantantur: & turpia: aut obseni motus corporum: coreis saltationibus efferuntur. Ne auditus & obtuitus: sacris misteriis deputatus: turpium spectaculorum: atq; uerborum contagione poluatur. In epistola ad nepotianum: sacer hieronymus ait. Facilitet cōtenit̄ clericus q̄ sepe uocatus ad prādiū nō recusat

Hinc in preambulis almagesti ponitur. Quod rex q̄dam ad conuiuium inuitauit. Ptolomeum: qui tamē noluit ire. Cum autem interrogasset eum rex cur ad conuiuium suum uenire recusasset. Respondit quod phylosophantes similes sunt picturis quas homines magis reputant distantes: quam ꝓpinqui. Secundo debet clericus honestatem seruare tam in quantitate: quā i qualitate ciborū. Dicit. n. hieronymus i michea ꝓpheta. & hētur i decreto di. xxxv. Ecclesiæ pricipes q̄ delitiis afluūt. & inter epulas atq; lasciuias: pudicitiā seruare se credunt: ꝓphēticus sermo describit. q̄ eicie di sunt de spatiosis domibus latisq; conuiuiis. & multo labore epulis conquisitis. Et si uis scire quo eicie di sunt propter malas cogitationes: & sua opera: euangelium lege. In tenebras scilicet exteriores ubi erit fletus et stridor dentium. An non confusio et ignominia est iesum crucifixum & pauperem & exurientem farcis p̄dicare corporibus. Et ieiuniorum doctrinam rubentes bucas tumentiaq; ora proferre. Debet insuper quilibet sacratus clericus seruare in potibus honestatem. Et primo quidem: ut publicas tabernas non ingrediat Legitur enim ex concilio laudicensi: & habetur in decretis di. xliiii. Non oportet clericos seruientes a presbiteris. usq; ad diaconos: & deinceps ordinis ecclesiastic̄os: usq; ad ministros: lectores: aut exorcistas: aut hostiarios: aut psalmistas: aut cet̄ q̄i in ꝓposito cō tinentie sunt tabernas intrare. Secundo seruet honestatem: tam in quantitate quā in qualitate bibendi.

Clericus debet honestatē seruare tā in quā titate: quā i qualitate ciborū

Clericus debet hōestatē seruare in potibus

habetur.n.exconcilio aghaten. & ponitur dis.xxxv. Ante omnia clericis uitetur. ebrietas: quæ omnium uiciorũ fames & nutrix ẽ. Itaq; eũ quẽ ebriũ fore cõsti terit uel fuisse. Vt ordo patiat aut.xxx.dierũ spacio a co munione sub moueatur: aut corporali supplicio subda tur. Hinc hieronymus ad nepotianum. nunquam ui/ num redoleas: nec audias illud. philosophi hoc non est osculum porrigere. sed propinare. Vinolentos sacer/ dotes: & apostolus damnat. Et uetus lex prohibet. Cũ similiter in uestimentis seruet honestatem clericus q

Clerici comam nutrire non de/ beant.

libet. Et primo quidem comam nutrire non audeant. Mandat.n. deus sacerdotibus. Ezechieli. xliiii. dicens Neq; comam nutrire: sed tondentes attondãt capita sua. Et apostolus prima ad corinthios. x. clericus si co/ mã nutriat. Ignominia est illi. Propterea mandat ani cetus papa ut in decreto ponitur di. xxiii. Prohibete fra tres per uniuersas regionũ uestrarum ecclesias ut cleri ci. Iuxta apostolum comam non nutriant. sed desup caput radant: admodum spere. Debent preterea. sicut a comæ uanitate: sic a uestium curiositate sacerdotes abstinere. Legitur.n. exconcilio aghaten. & habetur di. xxiii. clerici qui comã nutriunt: ab archidiacono etiam si noluerint inuicti tondantur: uestimenta etiã uel calciamenta eis nisi quæ religionem deceat uti; uel hẽre nõ liceat. Hinc zacharias ꝓph. & hẽtur. xxi. q. iiii. Presbiteri: & diaconi secularib⁹ indumentis non utãtur: nisi ut decet: tunica sacerdotali. Itẽ ex sexta sy/ nodo. & hẽtur ibidẽ. Nullus eoꝝ q cõnumeratur i cle/

Clerici abstine re debent a ue/ stium curiosita te.

Zacharia

ro uestimentũ in decẽs hẽat: siue in ciuitate degens: si ue in itinere ãbulans. Sed stolis utant quæ cõcesse fũt clericis. Si uero qs tale qd fecerit: p unã ebdomodã sus pendatur. Item mãdat. vii. synodus ut ibidem dicitur Omnis iactãtia & ornata corporalis supple supflua: a sacro ordine est aliena. Eos clericos: qui se fulgidis: & claris uestimentis ornant: emẽdari oportet: q si in hoc pmãserint epithimio. i. suspensioni unius ebdomade tardãtur. i. subiciãtur. Sic ergo quilibet sacerdos bon⁹ hẽbit fundamenti portæ clericalis conditionem tertiã

Honestas deniq;. ad instar smaragdi lasciuiam o mnem compescere debet a clericis. Nam ut ait Leo papa & ponitur in decreto distinc. xxxii. capitulo prio Omnium sacerdotum tam excellẽs electio est: ut quc in aliis ecclesiæ membris uacant a culpa in illis tamẽ habeantur illicita. Cum enim exemplum clericorũ ordinem constitutis: nuptiarum societati: & procrea tioni filiorum: studere sit liberum: ad exibendam ta men perfecte continentiæ puritatem. Nec subdia conibus: carnale quidem connubium conceditur. Hinc Vrbanus secundus dominico Graden. Patriar che. & habetur distinc. xxxii. Erubescant impii: & aperte intelligant. Iudicio sancti spiritus: eos qui in tribus sacris ordinibus presbiteratu: diaconatu: & subdiaconatu positi. Mulierculas non abiecerint & caste non uixerint excludendos ab eorum gradu um dignitate.

De castitate s/ ue honestate. emnem lasciu/ am compesce/ re debet.

Leo papa

Vrbanus. ii.

habetur.n.exconcilio aghaten. & ponitur dis.xxxv. Ante omnia clericis uitetur. ebrietas: quæ omnium uiciorũ fames & nutrix ẽ. Itaq; eũ quẽ ebriũ fore cõsti terit uel fuisse. Vt ordo patiẽ aut.xxx.dierũ spacio a co munione sub moueatur: aut corporali supplicio subda tur. Hinc hieronymus ad nepotianum. nunquam ui/ num redoleas: ne audias illud. philosophi hoc non est oculum porrigere. sed propinare. Vinolentos facer/ dotes: & apostolus damnat. Et uetus lex prohibet. Cũ similiter in uestimentis seruet honestatem clericus q libet. Et primo quidem comam nutrire non audeant. Mandat.n. deus sacerdotibus. Ezechielis. xliiii. dicens Neq; comam nutrire: sed tondentes attondãt capita sua. Et apostolus prima ad corinthios. x. clericus si co/ mã nutriat. Ignominia est illi. Propterea mandat ani cetus papa ut in decreto ponitur di. xxiii. Prohibete fra tres per uniuersas regionũ uestrarum ecclesias ut cleri ci. Iuxta apostolum comam non nutriant. sed desup caput radant: admodum spere. Debent preterea. sicut a comæ uanitate: sic a uestium curiositate sacerdotes abstinere. Legitur.n. exconcilio aghaten. & habetur di. xxiii. clerici qui comã nutriunt: ab archiadiacono etiam si noluerint inuicti tondantur: uestimenta etiã uel calciamenta eis nisi quæ religionem deceat uti; uel hẽre nõ liceat. Hinc zacharias ppb. & hẽtur. xxi. q. iiii. Presbiteri: & diaconi secularib⁹ indumentis non utãtur: nisi ut decet: tunica sacerdotali. Itẽ ex sexta sy/ nodo. & hẽtur ibidẽ. Nullus eorũ q cõnumeratur i cle/

Clerici comam nutrire non debeant.

Zacharia

ro uestimentũ indecẽs hẽat: siue in ciuitate degens: si ue in itinere ãbulans. Sed stolis utanẽ quæ cõcessæ sũt clericis. Si uero qs tale qd fecerit: p unã ebdomodã sus pendatur. Item mãdat. yii. synodus ut ibidem dicitur Omnis iactãtia & ornata corporalis supple superflua: a sacro ordine est aliena. Eos clericos: qui se fulgidis: & claris uestimentis ornant: emẽdari oportet: q si in hoc pmãserint epithimio. i. suspensioni unius ebdomade tardãtur. i. subiciãtur. Sic ergo quilibet sacerdos bon⁹ hẽbit fundamenti portæ clericalis conditionem tertiã

Honestas deniq; ad instar smaragdi lasciuiam o mnem compescere debet a clericis. Nam ut ait Leo papa & ponitur in decreto distinc. xxxii. capitulo prio Omnium sacerdotum tam excellẽs electio est: ut quæ in aliis ecclesiæ membris uacant a culpa in illis tamẽ habeantur illicita. Cum enim exemplum clericorũ ordinem constitutis: nuptiarum societati: & procrea tioni filiorum: studere sit liberum: ad exibendam ta men perfecte continentiæ puritatem. Nec subdia conibus: carnale quidem connubium conceditur. Hinc Vrbanus secundus domenico Graden. Patriar che. & habetur distinc. xxxii. Erubescant impii: & aperte intelligant. Iudicio sancti spiritus: eos qui in tribus sacris ordinibus presbiteratu: diaconatu: & subdiaconatu positi. Mulierculas non abiecerint & caste non uixerint excludendos ab eorum gradu um dignitate.

De castitate si ue honestate. emnem lasciui am compesce/ re debet.

Leo papa

Vrbanus. ii.

Beda

Vnde beda sup lucam. sacerdotibus: ut semper uale
ant altaribus insistere: semper castitas obseruanda p̄
cipitur. Item gregorius petro subdiacono scribit: & po
Gregorius nitur in decreto. dis. xxyiii. Nullum facere subdiaco
num presumant episcopi: nisi qui se caste uiturum p
mittit. Quia nullus debet ad ministerium altaris ac
cedere: nisi cuius castitas: ante susceptum misterium
Exodus. fuerit approbata. Propterea exodi. xyiiii. capitulo. di
xit dominus ad moysem. Sacerdotes qui accedunt
ad dominum sanctificentur ne percutiam eos. Refert
Hieronymus beatus hieronymus. li. i. contra iouinianum. quod oli
sacerdotes athenienſium cicute sorbitione castrabantur. Et postquam ad sacerdotium. fuerant assumpti
desinebant cohiri. Et idem li. ii. contra eundem dicit
Exemplum quod cheromon stoyc⁹ uir eloquentissimus. Narrat
Sacerdotū pa de uita antiquorum egipti sacerdotum. quod omni
ganorum hõe bus mondi negotiis: post positis in templo semper fue
stas & caritas. runt: & rerum naturas: cursusq; ac rationes siderū con
templati sunt: nunquam cum mulieribus comiscebā
tur: nunquam cognatos: ac ꝓpinquos: nec liberos q̄dē
uiderunt: ex eo tempore: quo cum cepissent. diuino
cultui seruire: si ergo tanta pollebāt honestate uel sal
tem honestatis ymagine pagani sacerdotes. Quanta
debent pollere honestate pariter: & castitate sumi
& omnipotentis dei. sacerdotes: & ministri omnes
uidelicet clerici sacrati.

De lateribus siue spondilibus quartæ portæ clericalis uersus meridiem capitulum tertium.

ECCE sic benedicetur homo qui timet dominum psal. cxxyii. Et si omnis qui timet dominum sit sic benedictus. Specialiter tamen hi benedicti sunt: q uocati sunt æterne hereditatis i xp̄o iesu domino nostro. Qui cum sint sacerdotes domini: tam in subiectis: quā in scipsis continue fabricant. allegorice sacerdotalem portam: per quā intrare satagunt ad gaudia domini sui cum omnibus suæ cõmissis prouidentiæ. Primum igitur huius sacratissime portæ latus: est diuinum officium: quod institutum ẽ ad laudandum deum: nocte dieq; : dicit. n. psalm. psal. cxyiii. Media nocte surgebam ad cõfitendum tibi: super iudicia iustitiæ tuæ. Et iterum in eodem psal. dicit psalm. Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ: persoluitur igitur diuinum officium. Psalendo. Laudando. Cantando. Et orando. Propter primum dicitur in psal. xlyi. Psalite deo nostro psalite: psalite regi nostro psalite. Quoniam Rex omnis terræ deus: psalite sapiẽter. Et quoniam in psalmodia: cuncti sensus rationi. debent esse subiecti. qn quies dicitur psalite. Iuxta numerum quinq; sensuū Hinc prima ad corinthios. c. xiii. apostolus: orabo spiritu: orabo & mente.

De officio diuino & de laudãdo deum

Apostolus

Quanta igitur sit gratia psalmodie: patet per cassiodorum. super psalmum. xxxyii. ubi sic ait. Hæc psalmodie uirtus esse ostenditur: ut qui pũro corde. Inter homines psalit: sursum cum angelis canere uideatur. Bernardus etiam super cant. sermone septio

Salmonie dignitas

Cassiodorus

dicit sic. Angeli psalentibus: dignanter admiscerí so
lent. Vnde psal. exurgat deus. Conuencrunt princi
pes coniuncti psalentibus. Et alibi etiam dicitur. In
conspectu angelorum psalam tibi. Hæc Bernardus
Hinc cassiodorus super psal. cxxxvi. dicit. Psalmodia
est consolatio flentium: cura dolentium: sanitas egro
tantium: animæ remedium: & miserorum refugiū
Propter secundum dicit Psalm. psalmo ultimo.
Omnis spiritus laudet dominum. Beatus Augusti
nus super psal. penultimo dicit: q̄ in patria linguæ &
corda: non desinent deum laudare: Propter hoc di
cit cassiodorus super psal. cxlvi. In laudationibus do
mini: actus ipse habet premium suum: quoniam ip
se erit retributio. qui nunc est exercitatio. Quid
autem fœlicius: quā nunc exercere quod te speras in
futura beatitudine posse peragere. Hinc sacerdotes
in prefatione postquam dixerunt. Per quem maie
statem tuam laudant angeli &c. Immediate subiun
gunt. Cum quibus & uoces nostras: ut admitti iu
beas deprecamur &c.. Hinc Bernardus super cant.
sermone. xl. Laudare deum bonum est. tum prop
ter uitæ presentis labores: qui utiq; tollerabiliores no
bis fiunt: exultantibus in laudem dei: tum quia nihil
ita proprie quendam terris representat cœlestis habi
tationis statum. Sicut alacritas laudantium deum:
dicente psalm. psal. lxxxiii. Beati qui habitant in do
mo tua domine: in sæcula sæculorum laudabunt te.
Propter tertium dicit psalmista psal. lxxxxv. Can

Bernardus
Cassiodorus
Augustinus
Cassiodorus
Bernardus

tate domino: & benedicite nomini eius. Et exodi. y. cap. dicitur. quod cecinit moyses: & fili ysrael carmē hoc domino: & dixerunt. Cantemus domino glorio se enim magnificatus est. Et psal. lxyiii. dicit prophe ta. Laudabo nomen dei cum cantico: & magnifica bo eum in laude. propterea dicit Apostolus ad ephe sios quinto. Impleamini spiritu sancto: loquentes uo bis metipsis: in psalmis: hymnis: & canticis spiritualib? Cantantes & psalentes: in cordibus uestris domino Et ad colocen. iii. uerbum christi habitet ī uobis: habū dantes in omni sapientia: docentes & cōmouentes uos metipsos. psalmis. & hymnis. & canticis spirituali bus in gratia cantantes in cordibus uestris domino.

Exodus

Apostolus

Suauitas enim melodie in sanctis animabus. com punctionem cordis. augere consueuit. & mentis sua uitatem. Vnde & helyseus prophetare uolens. ut ha betur. iiii. Regum. c. iii. dixit. Adducite mihi psalen tium: cumq; canent psal. facta est manu domini su per eum. & prophetauit. Hinc & Ysidorus de sum mo bono li. tertio. c. yii. Cum christiānum non uocis modulatio. sed tantummodo uerba diuina. quæ ibi dicūt. debeāt cōmouere. nesciō tamē quo pacto modu latiōe canētis maior nascit cōpūctio cordis. Multi. n. re pūt. q cāt? suauitate. cōmoti sua crimina planxerūt.

Diuini officii melodia cūpō tione generat.
Helyseus
Ysidorus

Propter quartū dicit dominus luç. xyiii. oportet sp orare. & nō deficere. &. i. ad thesal. y. c. dicit aposto. sp gaudete sine itermissiōe orate ī oib? gratias agite. in de psal. xxxyi. dicit psal. Subdit? esto domio & ora eū.

Orare oportet semper
Apostolus

In hiis ergo quattuor.ſ.pſalmodia.laude diuina:cantu:& oratione.diuinum perſoluitur officium. Quod quidam ſpiritualiter uocāt:ſacrificium laudis:de quo ſcriptum eſt pſal.xlix.Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter quo oſtendam ſalutare dei. Beatus Franciſcus ſolitus erat:horas canonicas non minꝰ timorate deo pſoluere:q̄ deuote: licet oculorum ſtomaci:ſplennis:& epatis:egritudine laboraret. Nolebat tamen muro uel parieti inherere:dū pſalceret. Sed horas ſemper erectus:& ſine caputeo. Nō giro:uagis oculis non cum aliqua ſincopa perſoluebat. Legitur etiam ex dictis ſanctorum patrum: ꝙ quidam dæmō nomine Tintilinus colligit dictiones & ſylabas relictas:ab hiis qui negligenter perſoluunt diuinum officium. Vt habeat poſt hæc:ex quibus eos poſſit accuſare. Vnde uerſus. Fragimina uerborum Tintilinus colligit horum. Secundum latus portæ memorate eſt Iuge ſacrificium:quod incumbit ſacerdotibus ex officio.extra de fide catholica.c.firmiter.parapho una'uero eſt fidelium uniuerſalis eccleſia: extra quā nullus omnino ſaluatur. In qua idem ſacerdos ipſe:eſt ſacrificium ieſus chriſtus. Cuius corpus:& ſanguis in ſacramento āltaris:ſub ſpeciebus:pani & uini ueraciter cōtinetur. Subſtātiatis pane in corpus:& uino in ſanguine:poteſtate diuina ut ad perficiendum miniſterium unitatis: Accipiamus ipſi de ſuo:quod accepit ipſe de noſtro. Et hoc utiq; ſacramentū nemo poteſt cōficere niſi ſacerdos: qui ritæ fuerit ordinatus ſecundum cla

Beatus franciſcus exemplū.

Tintilinus dæmon notat partes officii ꝙ dimittit

Iuge ſacrificiū Sacerdoti ſolū competit offere ſacrificium.

ues eccleſiæ: quas ipſe conceſſit apoſtolis: eorumq; ſucceſſoribus chriſtus ieſus. Hoc igitur officiū nemo preſumat aſſummere: niſi ſacerdos. Nam.ii.peraliō.c.xxyi.habetur: ꝙ ozias rex iuda templum intrauit domini. uoluitq; incenſſum adolere ſupra altare timiamatis: dixerunt igitur ſacerdotes: non eſt tui officii ozia: ut adoleas incenſſum domino. ſed ſacerdotum. Rex autem iratus:& tenenſ in manu turibulum ut adoleret incenſſum:minabatur ſacerdotibus. Statimq; orta eſt lepra in fronte eius:& fuit leproſus uſq; in diem mortis ſuæ. Et ideo in tanto ſacrificio: ut ait Apoſtolus ad hebreos.y. Nec quiſquam ſummat ſibi honorem: ſed qui uocatur a deo.tanquā aaron. Immo etiam ſacra uaſa:non niſi a ſacratis clericis cōtrectari debent. Vnde ſyrrus papa & habetur de conſacratione di.i.In ſancta & apoſtolica ſede ſtatutum eſt.ut ſacra uaſa non ab aliis q̄ a ſacratis: dominoq; dedicatis hominibus contractentur. Conſimiliter nec ab aliis debēt ueſtes ſacræ deferri. Vnde ſtephanus epiſcopus:familiari amico illario. & habetur ubi ſupra ueſtimēta eccleſiæ:quibus domino miniſtratur. & ſacrata debent eſſe. & honeſta. quibus in aliis uſibus non debent frui: q̄ eccleſiaſticis. & deo dignis officiis. quæ nec ab aliis debent contingi: aut ferri: niſi a ſacris hominibus. Ne ultiō quæ Balthaſar regem percuſſit: ſuper hoc tranſgredientes ueniat. Item clemens papa & habetur in decreto de conſecra.di.ii. Tribus gradibus commiſſa ſunt ſacramenta diuinorum ſacramē

Officiū nullus ꝓſumat aſūmere.

Exemplū ozias rex iuda.

Sacra uaſa: nō niſi a ſacratis clericis cōtrectari debent Syrrus papa.

Hæc ab aliis dēbent ueſtes ſacre deferri. Stephanus epſ

Balthaſar regē exemplum

Cui ſunt cōmiſſa ſacramēta diuinorum ſacramentorum

torum ſdeſt. Preſbitero. Diacono. Et miniſtro. qui c
trẽmore: & timore clericorum. Reliquias corporis do
mini cuſtodire debent fragmentorum. Cum igi
tur ſacerdos ſit aſſumptus ad tantam dignitatem: ca
Et in cōuiuio pleno proclamasset. neq; uotum sibi. ne q; aium deesse confundendi. cum accusatus esset augusto a quodam: q; ille male opinaretur de ipso. conuersus ad accusatorem ait. Velim hoc mihi probes: faciam sciat helianus: & me liguam habere. Plura. n. de eo loquar. nec quicq; ultra. aut statim. aut postea ingsiuit. Tiberio quoq; de eadem re pseudo uioléti? apud se per epistolam conquerenti. ita rescripsit. Noli mi Tiberii nimium indignari: quenq; esse q de me male loquatur. Satis est enim si hoc habem?. ne quis nobis malefacere possit. De Tiberio uero Suetonius li. iii. dicit. Aduersus conuitia: malosq; rumores. & famosa de se: ac suis carmina firmus. ac pátiens subinde iactabat in ciuitate libera. linguam: métesq; liberas esse debere. Et quondā senatu cognitionem de huiusmodi criminib?: ac reis flagitante: non tantū inq;. ocii habemus: ut implicare nos pluribus negociis debeamus. de Theodosio imperatore recitatur: q; dixerit. Si quis nomina nostra tradiderit: maledicto lacessenda cum nolumus pene subiugare. Quoniam si ex leuitate pcessit cótemnēdus est. Si ab insania: miseratione dignū si ab iniuria remittendum. Porro de rege dauit legitur. ii. regum. xvi. c. q; cum fugeret a facie Absalon filii sui: & omnis populus: & uniuersi bellatores a dextro: & a sinistro latere regis ipsius dauit incederent. Egressus est quidam uir de cognatione domus Saul nomine Semei. Qui procedebat egrediens: & maledicebat: mittebatq; lapides contra Dauit.

De clemencia Octauiani a Tiberio de se male dicentibus.

De tiberio Suetonius

Exemplum de Theodosio.

Exemplum de Dauit

Clementia dauit.

& clamabat: egredere: egredere uir sanguinū: & uir belial: reddidit tibi dominus uniuersū sanguiné saul domus: quoniá inuasisti regnum: p eo q; dominus dedit regnū i manu absalon filii tui. Et ecce nunc p̄mūt te mala tua: quoniā uir sanguinum es. Dixit igit̄ un? de principibus regis ad regē. Quare maledicit canis hic morituus domino meo regi? uadā & amputabo caput eius: respōdit Rex. dimitte eū ut maledicat: dominus aūt p̄cepit ei: ut malediceret dauit: equus est q audiat dicere quare fecit: ecce filius meus: q egressus ē de utero meo: mō querit animā meā. Quáto magis hic filius gemei: dimitte eum maledicat iuxta preceptum domini. Si forte respiciat dominus afflictionem meā: & reddat mihi bonū p̄ male dictiōe hac hodierna Dequolibet tali principe: dici potest q; scribit̄ puerb. ultimo. Os suum apperuit sapientiæ: & lex clementie i lingue eius. Est igit̄ clementia quæ lucet ut aurum nam Rex assuetus uirgam auream tenebat in manu quam extendebat i signū clemētiæ sicut hēt. Hester. iiii. c. Est etiam clementia quasi crisolitus sintillans ut ignis. Tunc enim clementia sintillat ut ignis quādo amatum iflamat. ut amet? Est enim amor tante uirtutis ut semper amatum cogat ad amandum. un? de epistola. ix. Seneca dicit ad lucillū queris: quomodo amicū cito facturū sis: dicam. Si id tecū mihi conueneri ut statim tibi soluam: q; debeo. & quantum ad hanc epistolā parta faciamus. Hinc Caron ait: ego tibi monstrabo: amatorium: sine medicamento: sine

Hester.

Secūda cōditō

De amore et dilectione.

Seneca.

Caron.

herba: sine ullius uenefici carmine. Si uis amari: ama. Hoc aũt maxĩe querere debet prĩceps: ut a subiecto sibi populo diligatur. Propterea in tragedia octauie: Seneca dicit. Decet timeri cesarẽ: at plus diligi. Et. i. li. de clementia ad neronẽ. Vnum. n. inexpugnabille munimentũ regis: amor ciuiũ. Quid pulchrius q̃ uiuere optantibus cunctis. Hĩc ex clementia octauiani tãtus sintillauit ignis amoris: ꝙ ut ait Suetonius li. ii. de xii. cesaribus. Nõnulli patrũfamiliaꝝ testamento cauerunt: ut ab heredibus suis prelato titulo uictime ĩ capitolium ducerentur: uotumq; ꝓ se soluerent: ꝙ superstitem augustum reliq̃ssent. Et parumꝑ inferius dicit ipse Suetonius: ꝙ quidam reges: atq; socii: & singuli ĩ suo regno: cesares urbes condiderunt. Refert Valeri⁹ maximus li. v. c. i. Quod alexandri: sicut infinitã gloriam bellica uirtus: ita precipuum amorẽ clemẽtia moeruit. Is dũ oẽs gẽtes ĩ fatigabili cursu lustrat quodã loco riuali tẽpestate oppressus: senio iã cõfectũ macedonẽ militẽ nimio frigore obstupefactum: ipe sublimi: & ꝓpinqua igni sede: sedẽs aĩaduertit factaq; nõ fortunæ: sed etatis: utriusq; extimatiõe descẽdit. Et illis mãib⁹ q̃bus darii opes afflixerat: corpus frigore dupplicatũ ĩ suã sedẽ ĩposuit. Id ei salutare fuctuꝝ dicẽs. Q d apud ꝑsas capitale extitisset: sollium regium occupasse. q̃d igit̃ mirum est: si sub eodem duce tot ãnis militare iocundum dicebant: cui gregarii militis in columitas ꝓprio fastigio carior erat. Sic igit̃ accendit amorem clementia: ꝙ etiam accendit̃ ex amore. Narrat ualerius

Seneca.

Clemẽt ia octauiani.

Suetonius.

Idem.

Valerius maximus.

Clemẽtia alexãdri.

Valerius maxi

maximus li. y. c. i. Quod physistratus atteniensium princeps: cũ adolescens quidam amore filiæ eius uirginis accensus. Impublico obuiã sibi factã osculatus esset: hortãte uxore ut ab eo suppliciũ capitale sumeret. respondit. si eos q̃ nos amant interficimus. quid hiis: q̃bus odio sumus. In hunc modũ filiæ iniuriã tullit suã multo laudabilius. Sic igit̃ patet quomõ clemẽtia sintillat ut ignis: quia mutuum amorem generat: ĩ amãtibus & amatis. Quæ sicut patet fuit secunda cõditõ fundamenti portæ imperialis. Est insuper clementia: quasi crisolitus dæmones eiciens: & exterrens: ꝑ dæmones intelligo hostes: quibus pacificus exturbatur reipublice status. Quos principis clementia fugat quotiẽs a talib⁹ subditos seriose defẽdit. Hic Assuer⁹ q̃ a Tarserses rex ab idia usq; ethyopiã. cxxvii. ꝓuinciarum principibus: & ducibus: qui eius imperio subiecti erant: scripsit. Vt habetur Hester decimotertio. sic. Cum pluribus gentibus imperarem: & uniuersum orbem meæ dictioni subiugassem. nolui nequaquam abuti potentiæ meæ magnitudine: sed clemẽtia: & lenitate gubernare subiectos. Vt absq; ullo terrore: uitam silentio transigentes optata cunctis mortalibus pace fruuerentur.

NVLLI nempe reperit hostis: nocendi locum: uel aditum ad rempublicam euertendam quotiens clementem nouerit principem: subditorum amore ualatum.

mus exemplũ Phisistrati temperantia.

Tertia conditõ Clementia fugat inimicos.

Assuerus. Tarserses. Rex

Hester.

Princeps: clemẽtiæ. & lenitate gubernare debet subietos.

Tirānus crudelis piculose dominatur.

Secus est: si crudelis princeps: aut tirānus pp suā crudelitatem suo populo sit exosus: hinc si quidem oriūtur clandestina colloquia. Hinc plurimi tractat?: hinc nihil secretum retinere: hinc est euersio reipublice status. hinc ut plurimum princeps crudelis: ac tirānus cō fusibiliter. ipē siue proles sua deponitur. expellitur: & trucidatur. Propterea dicit Seneca in tragedia. thyestes ubi non est pudor: nec cura iuris: sanctitas: pietas: fides: īstabile regnum est. Idē dicit in tragedia. Medee. Iniqua nunquam regna perpetuo manent. Tertii regum. c. xii. scribit. Quod ad Roboam filium Salomonis: mortuo salomone. uenit tot? israel. ut cōstitueret eum regem. Dixerunt? filii israel ad eum. Pater tuus durissimū iugum imposuit nobis. Tu itaq? nunc minue pabulum de imperio patris tui durissimo & de iugo grauissimo q? imposuit nobis: et seruiemus tibi. Qui postulauit indutias trium dier? habuit q?: cū antiq?: & sapientibus consilium: & illi consulerunt ei. q? clementer loqueretur: & satisfaceret populo ille uero contempto consilio: senum & sapientum. Consuluit iuuenes: q nutriti secum fuerant ab adolescentia sua. Qui consulerunt q? sic populo responderet. Minimus digitus meus grosior ē: digito patris mei. Et nūc pater meus posuit super uos iugum graue. Ego autē addam super iugum uestrum. Pater meus cedit uos flagellis. Ego autem cedam uos scorpionibus: & fecit roboam iuxta iuuenū consilium. propter q? x. tribus israel recesserunt ab eo. Et tribus iuda remansit ei sola

Seneca.

Roboam filius salomonis. de sua iniqtate erga subditos suos pp cōsilium iuuenibus suis

Et sic patet qualiter clementia nutrit amorem: & hostes exterret uelut dæmones. Clementia deniq?: Timores nocturnos expellit. Dicit. n. Seneca in octauie tragedia. Magnum timoris remedium clementia est Et li. i. de clementia ad neronem sic ait Seneca. errat si quis existimat tutum ibi esse regem. ubi nihil a rege tutum est: sed securitas securitate mutua paciscenda est. Non opus est instruere in altum editas arces ne in ascensum arduo? colles: munite. nec latera mōtium abscidere: multiplicibus se muris turribus q? sepite. Saluum regem clemētia in aperto prestabit. ut merito sibi dicatur uerbum quod scribitur psal. ix. Scuto circundabit te ueritas eius: & non timebis a timore nocturno. Rex nempe cum fuerit clemens: nulla alia custodia indigebit. non indigebit armis nisi forsitan ornamenti gratia. Dicit enim Seneca primo de clementia ad neronem. Princeps: qui potentiam suā placide: ac salutabiliter exercet: approbare impia sua ciuibus cupiens: fœlix habūde sibi iussus: si fortunam suam publicauerit. Sermone affabilis: accessuq? facilis: uultu quo maxime dimulcet populos: amabilis: equis desideriis: ppensus: & inīquus accerbus: a tota ciuitate amatur: defenditur: colitur: ea clam dē eo homines loquunturq? palam. et parum post. Hinc princeps tutus suo beneficio: nihil presidiis eget: arma ornamēti causa habet. Talis insuper princeps de singulis subditis confidenter confidere potest. Narrat Valerius maximus li. c. ylii. Quod Alexander quandoq? fuit

Clementia est remediū timoris.

Seneca.

Valerius maximus. Exemplū alexandri constdentia.

graniter infirmus. Ita ꝙ conuocati medici:attentissi
mo salutis consilio:remedia circunspiciebāt. Quoꝝ
cum ad unam potionem sententiam dixissent:ac eam
Phylipus medicus suis manibus temperatam Alexan
dro.erat autem amicus eius:& omnes porrexisset:ape
rio memone:misse littere superueniūt admonētes:ut
rex insidias phylipi:proinde ac pecunia corrupti caue
ret. Quas cum legisset:sine ulla cunctatione medica/
mentum hausit.ac tum legendas.phylipo tradidit lit/
teras. Refert ualerius maxim⁹ ubi supra. Quod syra
cusanus quibusdam monentibus:ut aduersus; eracli
dem.& calippum:quorum fidei plurimum credebat
tanquā insidias:ei nectentes:cautior esset: respondit
uita se male excedere:q̄ metu uiolente mortis amicos
inimicis:iuxta ponere. Ex quibus omnibus euidenter
apparet. Quanta confidentia uiuunt principes:clemē
tes:& benigni qui se tam libere suis exponūt subietis

Valerius maxi
mus.

De lateribus siue spondilibus.yii.portæ quæ est uersꝰ
occidentem capitulum tertium.

DOMInus regnauit exultet terra psal.lxxxxviii
Dominantium portam:uolentes allegorice fa
bricarꝙ prꝙponimus cum psalmista, quod dō
minus est ille qui regnauit;sed & regnat.& rꝙgnatur⁹
est.propter quod gaudeant cœli: & exultet terra: tan
ti regis adornata ducatu. Primum igitur latus hui⁹
portæ imperialis.iustitiam ponimus.propter quod sa
pientiæ primo dicit Spiritus sanctus. Iustitiam diligi

Primum latus.
Iustitiam.
Spūs sanctus.

106

te qui iudicatis terram.hinc Tulius infine secūdi libri
de republica sicut ait augustin⁹.ii.de ciui.dei.c.xxi.idu
cit scipionem dicentem. Concordiam (artissimū, atꝙ
optimum omniū in republica uinculum; incolumita=
tis;eamꝙ sine iustitia:nullo pacto esse posse. Ac dein=
de latius;& uberius discernit. Quantum prodest iusti=
tia ciuitati:si adsit. Et quantum obest si obsit:&.iiii.d
ciuitate dei dicit Augustinus. Remota itaꝙ iustitia,
quid sunt regna;nisi magna latrocinia? Istud autem
latus tres murulos habet. Religionem quo ad deum;
Dilectionem quo ad proximum; Correctionem
quo ad se ipm;& merito, quoniā ut ait Tulius.ii.reth.
quasi iuxta finem. Iustitia est habitus aī cōi utilitate
seruata:suam unicuiꝙ tribuēs dignitatem:& sibi cor=
rectionem. Dico primo ꝙ princeps debet deo;reli=
gionem;dicit enim Seneca de uerborum copia. Quis=
quis iustitiam sequi desiderat;time deū prius,& ama,
ut ameris ab eo. Sixtus quoꝙ pitagoricus ait.cum p̄ce
hominibus memēto quod ubi prꝙest deus:psal.quoꝙ
ii.dicit Dauit. Nunc reges intelligite eruditimini qui
iudicatis terram seruite domino in timore. Et exulta
te ei cum tremore. Apprehendite disciplinam ne quā
do irrascatur dominus:& pereatis de uia iusta. Hic
Seneca in tragedia thyestes;ait. Vos quibus rector ma=
risꝙatꝙ terrꝙ ius magnū dedit;nꝙcisatꝙ uitꝙ, Ponite in=
flatos tumidosꝙ uultus. Quicquid á uobis minor ex=
timescit.hoc uobis maior domin⁹ minat.oē sub regno
grauiore regnū ē. Et sapientiæ sexto dicit spūs sanctꝰ.

Tulius.
Augustinus.
Concordia.

Augustinus.
Iustitia remota,
regna sūt latro
cinia.
Tulius.
Quid ē iustitia

Primo.
De religiōe er/
ga deum.
Seneca.
Sixtus pitagori
cus.
Dauit.

Seneca.

Sapientia.

Audite reges:& intelligite:discite iudices finium terræ. Prębete aurē uos:qui continetis multitudines: & placetis uobis in turbis nationum. Quōniam data ē a domino ptās uobis,& uirtus ab altissimo,Qui interrogabit opa,& cogitationes scrutabit. quoniā cū essetis ministri regni illi?:nec recte iustificastis:neq; custodistis legē iustitiæ:neq; secundū uolūtatē dei ambulastis:horrēde & cito apparebit uobis: quoniā iudiciū in hiis q̄ p̄sunt fiet.exiguo enim conceditur misericordia.potentes autem potenter tormenta patiētur. Fertur enim q̄ Alexander macedo. Templi deipontificē adorabat in iudeam: propter quod dominus fecit cū deinceps uictoriosum semper. Porro pompeus cū cępisset Ierusalem,templumq; teneretur: q̄d mense tertio captū est.Irruentes romani ꝓphanauerunt tē plum.Et equos iporticibus stabulauerunt. Quāobrē nunquā de cætero pugnasse Pompeum q̄n uinceret: q̄ hactenus fuerat fortunatissimus. Dico secūdo q̄ princeps debet reipub.dilectionē.dicit.n.Gregorius in registro.xii.q.ii.cū deuotissimā.Sūmū in rebus bonū ē iustitiā colere:ac unicuiq; sua iura seruare: & subiectis nō id q̄ ptātis ē fieri.sed q̄ ęquum ē custodire. hinc ꝓuerb.xxi.Salomon ait.Auferipietatē de uultu regis & firmimabit iustitia tron? ei?. Talis.n.priceps amās & firmabit:q̄ ē summa securitas pricipis. Dico tertio q̄ princeps debet sibimet correctionē:consideret igit̄ principatus statum suum ut uideat q̄ sit labilis:& periculosus status:nec de ipso nimium confidat.In edipi tragedia

Exēplū alexan.

Exēplū pōpei.

Q̄d stabulauit equos suos in porticibus tēpli yerusalē & de cætero fuit uictus.

Secundo.

Gregorius .xii. q̄.ii. cū deuotissimam

Salomon.

Tertio.

Dominiū mūdiale q̄tū ē labile.

dicit Seneca. Quisquā ne regno gaudet? Ô falax bonum,quantum malorum,frontq; q̄ blanda tegis:ut alta uentos semper excipiunt iuga:Rupemq; saxis uasta dirrimunt freta,quāuis quieti uerberēt fluctus maris.Imperia sic excelsa fortunæ obiacēt. In Ypoliti uetro tragedia dicit idem Seneca. Quanti casus humana rotant,minor in paruis fortuna fuit,leuiusq; ferit leuiora deus.Et paulisper inferius dicit Seneca.

Nō capit tūq̄ magnos mot?:būilis tecti plebca dom?
Circa regna tonat.uolat ambiguis mobilis allis hora.
Nec ulli pręstat uelox fortuna fidem.

Et in tragedia thyestes dicit Seneca sic. Nemo confidat nimium secundis.Nemo desperet meliora lapsis
Miscet hæc illis prohibetq; cloto stare fortunam.

Seneca.
Fortuna bona quō transcunt cito.

Seneca
Fortūa nō uera fatur nisi circa magna
Idem

Secundum latus imperialis portæ. Pono prudentiam.Hæc sic difinitur a Tulio circa finem secundi libri rethoricorum suorum. Prudētia est rerum bonarum & malarum:utrarumq; scientia.Hæc est igit̄ sūme necessaria principi:pp discretionem boni & mali. Propterea sapientiæ.yi.dicit spūs sanctus.Si igitur dilectamini in sedibus & sceptris reges populi: diligite sapientiam:ut in perpetuum regnetis:diligite lumen sapientiæ,omnes qui pręestis populis. Istud autem latus tres habet murelos:siue merlos:siue murulos. Nā ut ait Tulius circa finem secundi rethor. Partes prudētiæ sunt.Momoria.Intelligentia.Et prouidentia.Memoria est per quam animus repetit ea quæ fuerunt. Intelligentia est per quam prospicit ea quæ sunt.

De prudentia. Tulius.

Prudentia q̄d ē

Idem.

Partes prudentiæ.

Memoria q̄d ē

Intelligētia q̄d est.

Prouidētia qd ē Princeps debet hēre memoriā ꝑteritoꝝ bonorum hominum

Qualiter Ro. Suos pincipes triūphantes honorabant in curru triumphali.

Salustius.

Princeps debet hēre memoriā coꝝ q rēpublicā infideliter tractauerunt.

Tulius.

Prouidētia ē.ꝑ quā futurū aliqd uidet anteq̄ factū sit.

Debet igit princeps ꝑteritoꝝ solertē hēre memoriā. Et ut bene suum regat dominium: memoriā coꝝ hēre debet: q fuerūt utiles & fideles reipub. sibi comisse q̄tenus in ipsis. fideliter respub. ꝓmoueat. & ipse repiatur gratus ut eius exēplo incitent posteri ad similia. faciēda. Propterea nempe Romani triumphātes Principes: honorabant in curru triūphali: quatuor albis eqs tracto. i quo sedebat princeps cū Aurea ueste captiuatis retro ligatis ad currum. Taliq; triūpho ducebatur ad capitoliū. Fiebātq; pro ipso imagines: ad perpetuā rei memoriam. & hoc totum fiebat: ut ad similia iugiter incitarentur posteri. Dicit.n. salustius in iugurtino Sępe ego audiui Quintum publicum scipionem pręterea ciuitatis nostrę ꝑclaros uiros: solitos ita dicere. Cū maiorum imagines intuerentur: uehemētissime sibi animum ad uirtutem accendi. s. nō ceram illam neq; figuram; tantam uim in se habere: sed memoria rerū gestarum: eam flāmam: egregiis uiris īpectore crescere. neq; prius sedari q̄ uirtus: eorum famam: atq; gloriam ad equauerit. Debet insup princeps: memoriam eorum habere qui rempublicam infideliter tractauerunt. ne. s. eis uel silibus deinceps comitteant eam, licet.n. pricipē deceat plurimis peccātib⁹ idulgere, nullo tamē mō decet eū cōfidere de hiis quos cōpit infideliter egisse. Dicit.n. Tulius. i. reth. Quos sępenumero nos fefellerūt ꝑ fidē coꝝ orōi: fidē adhibere non debemus. Si qd ꝑfidia illoꝝ detrinenti accepim⁹ nemo

erit pręter nosmetipos, quē iure accusare possimus: ac primū qd decipi cōmodū ē iteꝝ stultū tertio turpe.

De intelligētia principis ut uidelicet semp intendat pacē cōseruare.

Principi nō decet ut ab eius facie aliqs egrediāt disolatus.

Princeps debet futuꝝ hēre ꝓuidentiam.

De temperātia quid sit.

Partes tēperātie tres.

Cōtinētia qd ē.

Clemētia qd ē.

Modestia qd ē.

Debet insup priceps: ꝑsentiū hēre intelligentiā: ut uidelicet sēper intēdat. pacē cōseruare subiectis. Bene faciētibus parcere, reprobos & supbos ꝓ posse consternare. Sicut de roma dictum ē ad gloriā. Hęc tibi erunt artes: pacisq; imponere mores. parcere subiectis: & debellare supbos. Debet insup princeps taliter se habere ut nullus sibi subditus egrediat ab eius facie desolatus. De Tito dicit Suetonius li. ii. de. xii. cesaribus Qd idesideriis hoium obstiuatissime tenuit: ne quē sine spe dimitteret. Cū & admouentibus domesticis quasi plura polliceret q; ꝑstare posset. Nō oportere ait quēq̄ a Sermone pricipis tristē discedere. Debet deniq; futuroꝝ hēre ꝓuindētiā ꝓuidere uidelicet ne qd attemptet facere q suas excedat uires. & consimiliter mihi expectet pacti: q ipm debeat exterminare. Et iō uel obmittat alios uelle debelare uel debelare uolētes ipsum placare cometur si se sufficere non cognoscat.

Tertiū latus huius portæ ponit. Tēpantiā hęc difinit a Tulio. ii. reth. sic. Tēperātia ē rationis in libidinē atq; in alios nō rectos ai īpetus: firma & moderata dominatio. Hoc lat⁹ tres murulos siue murelos hēt. Nā ut ait Tulius ubi supra. Tēperātiæ ꝑtes sunt cōtinentia: clemētia: modestia. Cōtinētia ē ꝑ q̄ cupiditas cōsilii gubernatōe regit. Clemētia ē ꝑ q̄ ai: temere i odiū alicui⁹ inuētōis cōcita cōmutare retinētur. Modestia ē ꝑ q̄ pudor honest⁹ clarā & stabilē cōperat auctoritatē

Princeps debet ee cõtinẽtissim?

Lasciuia.

Princeps debet ee clementissi/ mus.

Princeps debet esse modestus.

Suetonius. Exẽplũ de tito imperatore.

Fortitudo & quid sit.

Debet igitur princeps continentissimus esse: tam a gulæ uitio: q̃ lasciuię prouerbiorũ nempe xxxi. c. scribitur noli regibus o lamuel: noli regibus dare uinum Quia nullum secretum est ubi regnat ebrietas. Ne forte bibant & obliuiscãtur iudiciorum. & mutãt cãm filiorum pauperis. Consimiliter lasciuia sũmope: sibi cauere debet omnis princeps. Lasciuia nempe sanso/ nem captiuauit. dauit excęcauit. Salomonem infatuauit. Holofernem decollauit. achillẽ interfecit. priamũ & filios; & regnum, eius, deuastauit. Quorum hysto/ riç: tam in sacra scriptura q̃ in multis hystoriis satis sũt manifesta. Debet insuper princeps ee clemẽtissim? de quo satis dictum ẽ in. c. imediate p̃misso. Neq; pu deret de hoc iterũ multa declarare nisi quia festinam? ad alia. Nempe uero. nihil sic decet principem: sicut clemẽtia: per quã semper redditur omnibus amabilis

Debet etiam princeps singulariter esse modestus Ita q; in oibus suis actionibus debitum modum tene re uideatur. Nam est modus i rebus sunt certi deniq; fines. Quos ultra citraq; neq; consistere rectum Sic. n reddetur oibus autenticum. Narrat Suetonis i li. de. xii cesaribus. Quod Titus imperator: qui morte p̃uctus est: maiore hominum damno quam suo: dixit in mor te sua non extare ullum suum factum penitendum: ex cepto dumtaxat uno. Id quale fuerit: neq; ipse tunc p didit: neq; aliuſ quod sciatur agnouit: fuit enim sum me modestus. Quartum latus huius portæ impe rialis ponitur fortitudo. Hæc difinitur a Tulio secũdo

retho. Sic fortitudo est considerata periculorum susce ptio. Et laborum perpessio. hoc latus sicut & alia latera tres habet turrelos siue merlos. Nã ut ait Tulius ubi supra: fortitudinis partes sũt. Magnificentia. Fidẽ tia. Patientia. Et perseuerantia. Sed quarta nõ est nisi cõditio: uel modus trium precedentium. Magni ficentia est rerum magnarum: & excellarum cum a/ nimi Ampla quadam; & splendida propositione co gitatio; atq; ministratio. Fidentia est: per quã ma gnis & honestis rebus multum ipe omnino in se fidu tiã certa cum spe collocat. Patientia ẽ honestatis: aut utilitatis cã: rerũ arduaq;: atq; dificiliũ uolũtaria: ac di/ uturna ppessio. Perseuerantia est in ratione bene cõ siderata: stabilis & perpetua permansio. Debet igi tur princeps magnificus esse: quoniam magnum de cet magna facere. Nihil enim (ut ait Seneca secundo de clementia ad neronem) Eque hominem quam ma gnus animus decet. Narrat Valerius maximus li. vi. c. iiii. Alexander dario: uno iam: & altero prelio uirtu tum eius experto; atq; ideo experte regni tauretenus montem: & filiam: in matrimonium cum decies cen tum milibus talentis policente tum parmenion dixis set si alexander esset, usurum ea conditione: respon dit. Et ego uterer si parmenion essem uocem duabus uictoriis respondẽtem. Dignamq; cui tertia (sicut eue nit) tribueretur. Atq; hic quidam est animi magnifici prosper euentus. Debet etiam princeps habere fi/ dentiã. Nã ut ait Seneca. ii. de clementia ad neronem

Tulius. Partes fortitu dinis. Magnificentia Fidentia. Patientia. Perseuerantia Quid ẽ fidẽtia Quid ẽ patien tia. Quid ẽ pseue rantia. Debet esse pri ceps magnifici Seneca.

Valerius maxi mus. De Alexandro

Princeps debet hebere fidẽtiã.

Non potest magnus esse idē si metus & meror contē/
dit: si mentē obducit & cōtrahit. Debet insuper prī
ceps: patientissimus esse. Et maxie in factis propriis. di
cit. n. Seneca. i. de clementia ad neronem sic. Quēad
modū nō est magnificus q de alieno liberalis est. Sed
ille qui qđ alteri donat sibi subtrahit. Ita clemētē uoca
bo nō alieno dolore facilē: sed cū qui suis stimulis exa
gitatus nō pstilit. Qui intelligit magni animi esse: in
iurias in sūma patientia pati. Nunc quicquā esse glo/
riosius principe impune leso. Et hoc sēp cū pseuerātia.

DE capitaneo siue custode. yii. portæ ipialis. c. quartū

EXCELsus super oēs gentes dominus. & super
cœlos gloriæ eius. psal. cx. Et si portæ imperia/
lis appropriatus capitaneus sit beatissimus bar
tholomeus. Tamē qa domius noster iesus xps excell?
& magnificus est sup oēs gentes. Ipm sicut fecimus in
aliis portis dicimus esse capitaneū & ducē principalem
impialis portæ. De ipso nēpe scriptū ē. Ysa. ix. Multica
bitur eius imperiū: & pacis non erit finis. Sup soliū da
uit: & super regnū eius sedebit ut cōfirmet id & coro/
boret in iudicio & iustitia. Et apoch. xix. dicit. Qđ ba
bet in uestimento: & in femore suo scriptum. Rex re/
gum & domius dominātium. Predictum nēpe fuerat
de ipso Iere. xxiii. c. Ecce dies ueniunt: & suscitabo da/
bit. germen iustum: & regnabit rex: & sapiens erit: &
faciet iudicium: & iustitiā i terra. dicit domius. & eze/
chiel. xxxvii. Rex erit unus oibus imperans. Meri
to nempe uocari debet huius portæ capitaneus. quo/

niam istius portæ latera signāter ipsemet uoluit demō
strare. Ysa. nēpe. xly. c. clamat ysaias. Rorate cœli de
super: & nubes pluuant iustum: apiat terra. & germet
saluatorē: & iustitia oriat simul. Et codē. c. domius rel
pōdit inferius. In me metipso iuraui: egredietur de ore
meo iustitiæ uerbum. & nō reuertet qa incuruabunt
oia genua. & iurabit ois lingua: igit i domino dicent:
meæ sunt iustitiæ & impium. huic cōcordat apostolus
ad ephe. ii. c. dicens. In noie iesu oē genu flectat cœle/
stium: terrestium: & infernoz. Et ois lingua cōfiteatur
quia domius noster iesus xps in gloria ē dei patris: dixe
rat Ysa. ii. c. dōmius dum loqret de filio suo Ysa. ppbe
te. Nō secundum uisionē oculoz iudicabit: neq; secū
dum auditū auriū arguet. Sed iudicabit i iustitia pau
peres & arguet in eqtate p mansuetis terræ. & peutiet
terrā uirga oris sui. et spiritu labioz suoz interficiet im
pium. & erit iustitia cingulum lōboz eius: & fides cin
torium renum ejus. Porro lat? secundum uidelicet Deprudētia xpi
prudentiā. Ita uoluit hēre: q cū cēt ānoz. xii. stupebāt
doctores: & oēs qui audiebāt eum: sup prudentia & rel
pōsis eius: & uidentes admirati sunt. Sicut scriptum ē
Luc. ii. c. & non meritum. quēdā ut ait apostolus ad col Lucas.
locen. ii. c. iesus xps est sunt in quo sunt oēs thesauri sa
pientiæ & scientiæ absconditi. immo dicit apostolus
Quod iesus xps est ipsa sapientia. i. ad corinth. i. c. nos
inquit predicamus christum crucifixum. iudeis quidē
scandalum. gentibus autem stultitiam. Ipsis autem
uocatis iudeis; atq; græcis christum dei uirtutem;

Ysaias.
De iustitia dei

Et dei sapientiam. Et inferius eodem capitulo dicit. Quod xp̄s factus est sapientia nobis adeo & iustitia: & sanctificatio: & redemptio. Patet igitur ꝙ dominus noster iesus xp̄s: non solum habet prudentia: & sapiē/tia unde dici debeat prudens & sapiens. sed ē ipsa prudentia & sapientia. Immo oīs prudentia: & oīs sapientia ab ipso ē sicut scriptū ē Eccl.i. De temperantia uero quæ ponit̄ tertiū latus portæ imperialis. Quis demonstrare pōt de eo: q̄ est & semp̄ fuit origo: normaq; uirtutum. Licet.n. ab insanis in cibo potuq; reputatus fuerit intemperatus q̄ admodū ipse: ait Matthæus.ii.c. Venit.n. Ioannes neq; māducans: neq; bibens. & dicunt dæmoniū hēt. Venit filius hōis bibēs: & manducans: & dicūt ecce hō uorax: & potator uini publicanorum: & peccatorum amicus. Tamen si consideremus qualiter ingressus est ad conuiuia: qualiterq; permanserit in eis: liquide perpendemus ipsum: nedum fuisse temperatum: sed & in eis fuisse magistrū temperantiæ. Semp̄ admonendo. Docendo. Sanando. Et uocando. Monebat in matthæi conuiuio. Matthæi.ix. Docebat in pharisei symonis refectorio. Vbi fuit magdalena Luc.yii. Sanauit hydropicū quando domum intrauit: panem manducare sabato Luc.xiiii. Ioannem uocauit de nuptiis. ubi aquam cōmutauit in uinum. ꝙ primo gustatum est ab archithiclino. Ioan. secundo. Et sic de singulis conuiuiis: ad q̄ dignatus est accedere. Vere si quidē omnis actio sua semper fuit instructio nostra.

tēperantia

tthæus.

atthæus.
cas.

Quartum deniq; latus imperialis portæ. uidelicet fortitudine se multipliciter demonstrauit hēre. dū magnificus: fidens: & pacientissimus ī omnibus apparuit actionibus suis. Nam ne magnificus fuit: quando cum tanto triumpho: Resurrexit ab inferis? ut secūdū ꝙ ait psalmista psal.cxliiii. notam faciant filiis hominum potentiam eius: & gloriam magnificētiæ regni sui. Nonne magnificus fuit in ascensione sua tam mirabili: de qua dictum est psal.yiii. Elleuata est magnificentia tua super cœlos. Consimiliter magnificus fuit in donatione spiritus sancti cū sono repentino de quo dictum est psal.xxyiii. uox domini in uirtute. uox domini in magnificentia. Fidentiam etiam habuit quoniam super aquas maris ābulādo concurrit Marchi.yi. & hanc se hēre monstrauit: quādo discipulis ait Ioannis.xyii. confidite, ego uici mundū. Vere ip̄m patientissimum fuisse ostendit Petrus. pria can. sua.c. iii. cum ī quid. Malediceretur non maledicebat: cum pateret̄ nō comiabat̄, tradebat autē iudicāti se iiuste q̄ peccata nostra ipse p̄tulit ī corpore suo, sup̄ lignum.

Quartū latus De fortitudine & magnificentia xp̄i.

Xp̄s habuit fidtiam.

Marcus.

Xp̄s habuit pacientiam.

Petrus apostol

Habuit igitur huius portæ quartum latus. Verū ut p̄fert̄ beatus Bartholomeus pōt poni capitaneus appropriatus īperialis portæ: quoniā ut dicit̄ natus fuit de semine regali. Cuius q̄dem laudes: est enarrare facille. Fuit.n. dæmonum neq̄tiæ potentissimus alligator. Dæmonum astucie sagacissimus confutator. Dæmonum presentie ardētissimus effugator. Domini potentiæ prudentissimus predicator. Domini scien

Capitaneus p̄prius.

Bartholomeus apostolus.

Et dei sapientiam. Et inferius eodem capitulo dicit. Quod xp̄s factus est sapientia nobis adeo & iustitia: & sanctificatio: & redemptio. Patet igitur ꝙ dominus noster iesus xp̄s: non solum habet prudentia: & sapiē/tia: unde dici debeat prudens & sapiens. sed ē ipsa prudentia & sapientia. Immo oīs prudentia: & oīs sapientia ab ipso ē sicut scriptū ē Eccl. i. De temperantia uero quæ ponit̄ tertiū latus portæ imperialis. Quis demonstrare pōt de eo: q̄ est & semp̄ fuit origo: normaq; uirtutum. Licet. n. ab insanis in cibo potuq; reputatus fuerit intemperatus q̄ admodū ipse: ait Matthæus. ii. c. Venit. n. Ioannes neq; māducans: neq; bibens. & dicunt dæmoniū hēt. Venit filius hōis bibēs: & manducans: & dicūt ecce hō uorax: & potator uini publicanorum: & peccatorum amicus. Tamen si consideremus qualiter ingressus est ad conuiuia: qualiterq; permanserit in eis: liquide perpendemus ipsum: nedum fuisse temperatum: sed & in eis fuisse magistrū temperantiæ. Semp̄ admonendo. Docendo. Sanando. Et uocando. Monebat in matthæi conuiuio. Matthæi. ix. Docebat in pharisei symonis refectorio. Vbi fuit magdalena Luc. yii. Sanauit hydropicū quando domum intrauit: panem manducare sabato Luc. xiiii. Ioannem uocauit de nuptiis. ubi aquam cōmutauit in uinum. ꝙ primo gustatum est ab archithiclino. Ioan. secundo. Et sic de singulis conuiuiis: ad q̄ dignatus est accedere. Vere si quidē omnis actio sua semper fuit instructio nostra.

De tēperantia xp̄i.

Matthæus.

Matthæus.
Lucas.

Quartum deniq; latus imperialis portæ. uidelicet fortitudine se multipliciter demonstrauit hēre. dū magnificus: fidens: & pacientissimus ī omnibus apparuit actionibus suis. Nam ne magnificus fuit: quando cum tanto triumpho: Resurrexit ab inferis? ut secūdū ꝙ ait psalmista psal. cxliiii. notam faciant filiis hominum potentiam eius: & gloriam magnificētiæ regni sui. Nonne magnificus fuit in ascensione sua tam mirabili: de qua dictum est psal. yiii. Elleuata est magnificentia tua super cœlos. Consimiliter magnificus fuit in donatione spiritus sancti cū sono repentino de quo dictum est psal. xxyiii. uox domini in uirtute. uox domini in magnificentia. Fidentiam etiam habuit quoniam super aquas maris ābulādo concurrit Marchi. yi. & hanc se hēre monstrauit: quādo discipulis ait Ioannis. xyii. confidite, ego uici mundū. Vere ip̄m patientissimum fuisse ostendit Petrus. pria can. sua. c. ii. cum īquid. Malediceretur non maledicebat: cum pateret̄ nō comīabat̄, tradebat autē iudicāti se īiuste q̄ peccata nostra ipse ꝑtulit ī corpore suo, sup̄ lignum.

Habuit igitur huius portæ quartum latus. Verū ut p̄fert̄ beatus Bartholomeus pōt poni capitaneus appropriatus īperialis portæ: quoniā ut dicit̄ natus fuit de semine regali. Cuius q̄dem laudes: est enarrare facille. Fuit. n. dæmonum neq̄tiæ potentissimus alligator. Dæmonum astucie sagacissimus confutator. Dæmonum presentie ardētissimus effugator. Domini potentiæ prudentissimus predicator. Domini scien

Quartū latus
De fortitudine & magnificentia xp̄i.

Xp̄s habuit fidentiam.
Marcus.
Xp̄s habuit pacientiam.
Petrus apostol.

Capitaneus ꝓprius.
Bartholomeus apostolus.

tiæ preclarissimus demonstrator. Domini uictoriæ inuictissimus imitator. Dico primo ꝙ beatus Bartholomeus fuit potentissimus alligator potentiarum dæmonum. Cum enim ad indiam perrexit: & in templo quodam in quo adorabantur ascharoth intrasset Sic dæmonem in idolo loquentem alligauit. ut deinceps respōdere non posset: cuius causam cum albarich idolo proxime ciuitatis inquireret: respondit dæmon qui loquebatur i berich. Deus uester cathenis igneis cōstrictus est: nec suspirare: nec loqui audet. ex illa hora: qua apostolus dei Bartholomeus ingressus est. Cū autem beatus Bartholomeus iam conuertisset regem & populum illius ciuitatis: ubi collebatur Ascaroth. Ostendit eis dæmonem quem collebant: uelud ethiopem nigriorem fuligine: facie acuta: barba prolixa. çrinib⁹ usq; ad pedes protēsis. oculis igneis ut ferru ignitum sintillas emittentibus: & flāmas sulfureas ex ore & oculis spirātem. & cathenis igneis uictum retro manibus. Dico secundo quod beatus Bartholomeus fuit sagacissimus confutator astutiarum dæmonum & enim coegit dæmonem latētem in berith et responsa proferentem suam astutiam: & apostolicā gratiam confiteri. Dixit. n. ille. xyi. anni sunt: ex quo uestes. & sandalia eius non ueterescunt: nec sordidant. çenties flexis genibus orat per diem: & centies per noctē. Angeli cum eo ambulant: qui nunquam eum fatigari: nec exurire permittunt. semper eodem uultu: & animo letus & hylaris perseuerat. Omnia p̄uidet. omnia

Primo.

Secundo.

Respōsio abarich.

nouit: omniumq; gentium linguas nouit & intelligit & quod uobis loquor ipse iam nouit. & quando queritis eum si uult ostendet se uobis: & si non uult: eum non poteritis inuenire. Rogo autem uos ut cum eum inueneritis: rogate eum ne huc ueniat: ne angeli sui mihi hoc faciant. quod meo socio iam fecerunt. Ex q̄bus omnibus euidenter apparet ꝙ uellet nollet ue dæmon ille compulsus est. omnipotentis dei uirtutem ī bartholomei apostoli sui laudibus: necnon & dæmōis illius defectus proprios. in omnium conspectibus confiteri. Tertio dico ꝙ beatus Bartholomeus fuit ardentissimus effugator presentiarum dæmonū. Quodam nempe die quidā obsessus a dæmone: clamauit sic dicēs in cōspectu eiusdē. apostole dei bartholomee incēdunt me orōes tuæ: ad quē apostol⁹ ait. obmutesse & exi ab eo. statimq; liberatus est. Quod audiēs rex regionis illius nomīe polimius cum haberet filiam obsessam a dæmōe: misit ad apostolum rogans ut ad se ueniret: & filiam suam curaret. Venit igitur Apostolus: & puellam cathenis ligatam inuenit: quia accedētes ad eam lacerabat morsibus. Apostolus igitur iussit eam solui: ministris autem non audentibus ad soluendam ipsam: accedere dixit Apostolus. Ego dæmonium quod erat in ea ligatum teneo: & uos timetis: & statim soluta liberata est. Et sic patet qualiter ardentissimus fuit beatus Bartholomeus apostolus in expulsiōe dæmoniorum: cū eos solū potēter expelleret. sed etiā mirabiliter uirtute iesu christi cathenis alligaret.

Tertio.

Effugator p̄sentiarū dæmonū.

De liberatione filie regis obsessa a diabolo.

tiæ preclarissimus demonstrator. Domini uictoriæ inuictissimus imitator. Dico primo ꝙ beatus Bartholomeus fuit potentissimus alligator potentiarum dæmonum. Cum enim ad indiam perrexit: & in templo quodam in quo adorabantur ascharoth intrasset Sic dæmonem in idolo loquentem alligauit. ut deinceps respōdere non posset: cuius causam cum albarich idolo proxime ciuitatis inquireret: respondit dæmon qui loquebatur ī berich. Deus uester cathenis igneis cōstrictus est: nec suspirare: nec loqui audet. ex illa hora: qua apostolus dei Bartholomeus ingressus est. Cū autem beatus Bartholomeus iam conuertisset regem & populum illius ciuitatis: ubi collebatur Ascaroth. Ostendit eis dæmonem quem collebant: uelud ethiopem nigriorem fuligine: facie acuta: barba prolixa. çrinib⁹ usq; ad pedes protēsis. oculis igneis ut ferru ignitum sintillas emittentibus: & flāmas sulfureas ex ore & oculis spirātem. & cathenis igneis uictum retro manibus. Dico secundo quod beatus Bartholomeus fuit sagacissimus confutator astutiarum dæmonum & enim coegit dæmonem latētem in berith et responsa proferentem suam astutiam: & apostolicā gratiam confiteri. Dixit. n. ille. xyi. anni sunt: ex quo uestes. & sandalia eius non uetere scunt: nec sordidant. çenties flexis genibus orat per diem: & centies per noctē. Angeli cum eo ambulant: qui nunquam eum fatigari: nec exurire permittunt. semper eodem uultu: & animo letus & hylaris perseuerat. Omnia p̄uidet. omnia

mo.

undo.

spōsio aba/
n.

nouit: omniumq; gentium linguas nouit & intelligit & quod uobis loquor ipse iam nouit. & quando queritis eum si uult ostendet se uobis: & si non uult: eum non poteritis inuenire. Rogo autem uos ut cum eum inueneritis: rogate eum ne huc ueniat: ne angeli sui mihi hoc faciant. quod meo socio iam fecerunt. Ex q̄bus omnibus euidenter apparet ꝙ uellet nollet ue dæmon ille compulsus est. omnipotentis dei uirtutem ī bartholomei apostoli sui laudibus: necnon & dæmōis illius defectus proprios. in omnium conspectibus confiteri. Tertio dico ꝙ beatus Bartholomeus fuit ardentissimus effugator presentiarum dæmonū. Quodam nempe die quidā obsessus a dæmone: clamauit sic dicēs in cōspectu eiusdē. apostole dei bartholomee incēdunt me orōes tuæ: ad quē apostol⁹ ait. obmutesse & exi ab eo. statimq; liberatus est. Quod audiēs rex regionis illius nomīe polimius cum haberet filiam obsessam a dæmōe: misit ad apostolum rogans ut ad se ueniret: & filiam suam curaret. Venit igitur Apostolus: & puellam cathenis ligatam inuenit: quia accedētes ad eam lacerabat morsibus. Apostolus igitur iussit eam solui: ministris autem non audentibus ad soluendam ipsam: accedere dixit Apostolus. Ego dæmonium quod erat in ea ligatum teneo: & uos timetis: & statim soluta liberata est. Et sic patet qualiter ardentissimus fuit beatus Bartholomeus apostolus in expulsiōe dæmoniorum: cū eos solū potēter expelleret. sed etiā mirabiliter uirtute iesu christi cathenis alligaret.

Tertio.
Effugator p̄sentiarū dæmonū.

De liberatione filie regis obsessa a diabolo.

Fuit predicator potentiæ dei.

De cõstricto p potentiam dei.

Quarto dico q̃ beatus Bartholomeus apostolus fuit predicator potentie dei. Nam cum regẽ ipm polimium fidei nostre sacramenta docuisset adiũxit. Si uolueris baptizari. ut debis per xpi potentiam deũ tuũ catenis ligatum. Igitur dum sequẽti die pontifices sacrificarent ydolo precepit apostolus per xpi potentiam q̃ de semetipso coram hominibus diceret ueritatem ad cuius impetium dixit dæmon. Cessate miseri sacrificare nobis ne peiora me patiamini: q̃ cathẽnis igneis ab angelis xpi: quem iudei crucifixerunt: religat⁹ sum putantes cum a morte detineri ipse autem: morte ipsã q̃ regina est nostra: captiuauit. Et ipm ñostrum principem: maritum mortis uinculis igneis uinxit. uolente populo ydolum destruere dæmõ ad imperium apostoli ydola templi illius repente destruxit. Et ipe apostol⁹ infirmos qui erant in templo sanauit. & templũ ipm domino deo omnipotenti dedicauit Rex aũt cũ uxore & filiis: & cuncto populo ab apostolo ipo baptizat⁹ est. Et relicto regno adhesit apostolo: & factus est discipulus eius. Quinto dico q̃ beatus bartholomeus sapientiæ & scietiæ dei fuit demonstrator preclarissimus

Quito. Demõstrator sapietiæ dei & scientiæ

Docuit. n. regem. quẽ xps sapienter uicit diabolũ Ante per congruentiam. Ante per potẽtiã. Ante per iustitiã. Et ante per sapientiam. Quia nanq̃ diabolus deceperat adam. qui natus erat de terra uirgine cõgruum fuit: ut xps de uirgine nasceret ad ipm debellandum. Quia uero dæmon eiecit adam de dominio suo q̃ habuisset in paradixo delitiarum. Et

tanquã armatus fortis custodiebat atrium suũ. Supuenit xps fortior: & cũ potentia fugauit eum. Tulitq; spolia eius & arma. & misit officiales suos. i. Apostolos p uniuersum orbẽ ad effugãdum eũ. Et qa ẽt deceperat hoiem p comestionẽ. Iustum fuit q̃ p iciuniũ xpi de suo dominio fugaret: q̃. s. falaciter sup hoiem assũpserit. Quia denique xpm fraudulenter temptare uoluit in deserto. ut ul̃ p famẽ inualescentẽ ipm cognosceret purum hoiem. Si uero uideret ipm iciunãtẽ nõ exurire: cognoscerẽt ipm esse deum. Sapienter autẽ sic fecit xps: q̃ qa exuriuit ipm esse deum dæmon non cognouit. Quia tamẽ ipm non uicit: nec purum hoiem ipm putauit. Sexto dico q̃ beatus Bartholomeus: fuit imitator uictoriæ dominicæ. s. p martirium. Cum enim per renunciationẽ polimii esset rex factus astriages: congregati sunt ad eum põtifices idolor: & conquesti sunt: q̃ apostolus per deceptionem magicam deos destruxit. templum subuertit: & q̃ fratrem suũ regem decepit. Qui fecit apostolum duci coram se dixitq; sibi: tu nec es ille: qui euertisti fratrem meum? cui respondit apostolus. Ego illum non euerti: sed conuerti. tunc ait Rex: sicut tu fecisti fratrẽ meum deum suũ relinquere. & tuo credere. Sic ego te faciam deum tuũ relinquere: & meo sacrificare. Respondit apostolus. si potes deum meum mihi ligatum ostẽdere. Sicut ego deum quẽ colebat frater tuus: sibi ligatum ostẽdi. potes me ad tuum simulacrum ꝓuocare. Sin autẽ cõminuã deos tuos. Tu deo meo crede. Itaq; nunciat Regi

Imitator uictorie dominice et de morte ipsius

Quod Baldach.deus suus cecidisset. & comminutus fuisset. Qui turbatus.& cōcitatus Iussit Apostolū fustibus cedi? & cessum uiuū excoriari.& ultimo decapitari.& sic glorioso Martirio:sequutus est dominum Cuius corpus rapuerunt fideles: qui ibi erant xp̄iani. & ip̄m honorifice sepelierūt. Statimq; uindicauit dominus apostolum suū. Nā ille prophanus rex astriages.cū oībus pontificibus ydolorū surrepti sunt a dæmonio. Sicq; miserabilem uitam finierunt. Rex aūt polimius factus est ep̄s cōmutans temporale dominiū in sp̄uale officium. Et ep̄atus officium duobus annis laudabiliter rexit. Et uirtutibus plen⁹ in pace quieuit. Explicit.vii.porta. De ascensu.viii.portæ q̄ est militaris uersus occidētē. & de octauo signo.q̄ ē scorpio.i.c.

PRopter ueritatem:& mansuetudinem.& iustitiā deducet te mirabiliter dextera tua.psal. xliiii.Portæ militaris in hoc.c.uolumus ascēdens inqrere.ut conditiones inuestigemus eoꝝ q̄ ueritatem mansuetudinem.& iustitiam sectātes.Sic ad opa militie suam dexteram elleuauerunt:q̄ p hāc portam xp̄i gaudia mereantur intrare. Ascendens ergo huius portæ. Scorpionem ponimus octauum cœli signum:& siquidem Scorpio. Martis prima dignitas. Eiusdem est triplicitas. Eius est prima facies. Et ē terminalis sertes. Dico quod scorpio est prima dignitas martis.quia est domus ipsius. Dico secūdo q̄ scorpio ē de triplicitate martis ī nocte nā cācer scorpio. & pisces; faciūt quartā triplicitatē:ut uolunt

gnum scor/
onē octauum

astronomi:cuius triplicitatis:in die domina est uenus ī nocte domin⁹ ē mars. Quoꝝ particeps ē luna tā die q̄ nocte. Dico tertio q̄ scorpio pr̄ia facies ē martis mō de aliis dicto. Dico quarto q̄ primus terminus scorpionis q̄ cōtinet sex uel septē gradus pr̄ios:ut ait alchabitius ē terminus martis. Quoniā igitur in domo sua Influit audaciā. In triplicitate. Fortitudinē. In fantie. Sagacitatē. In termino:ueracitatē Id circo denotat̄ q̄ cupiens p portā militarē ītrare xp̄i ciuitatē semetipsum ostendere debet. Audacē ī agrediēdo Viuacem in congrediendo. Sagacem in premeditando. Veracem in perseuerando.

Quarto.

Debet ergo strenuus miles audaciā hēre in agrediendo:quoniā timiditas in milite plurimum tā sibi q̄ sociis ē cā sucumbēdi. septimo &.n.c.libri iudicum scribitur. Q d̄ cum gedeon pugnare deberet cōtra castra Madiam loquutus ē ad ppl'm q̄ erat cum eo de mādato domini. Qui formidolosus est:& timidus reuertat̄ Et tunc ab eo recesserunt.xxii.millia uiroꝝ:& tantum decēmillia remāserūt. Et solum cum trecētis eoꝝ qui remāserāt habuit uictoriā. Audax autē debet eē bonus miles nō ex uiribus ꝓpriis:nec ex multitudine socioꝝ Quia nō ī fortitudine eq̄ uolūtatē habebit dominus Neq; ī tibiis uiri beneplacitū erit ei sed beneplacitū est super timentes eum sicut scriptum est Psal. cxlvi. Sit aūt audax bō⁹ miles in p̄lio iusto.q̄a domius amat iudiciū. Et hēntes iustitiā adiuuare dominus dignatur Iō solū sit audax ī domio.sicut dauit:q̄ psal..xvii.dicit

De audacia ī agrediendo

Gedeon.

Iustum p̄lium.

Miles debet eē audax ī domio

Dauit.

Tu doces manus meas ad prelium: & posuisti ut arcũ
ereum brachia mea. Et dedisti mihi ꝓtectionẽ salutis
tuæ. & paulisꝑ inferius. Precixisti me uirtute ad bellũ
Et supplãtasti insurgẽtes in me: subt⁹ me. Et psal. cxliii
dicit ipse dauit. Benedictus dominus deus meus: q̃ do
cet manus meas ad p̃lium: & digitos meos ad bellum
Sic ergo patet ꝙ bonus miles debet eẽ audax: & nõ for
midolosus: sed audaciã suã hẽat ĩ domino & in p̃lio iu
sto. Verꝝ quoniã audacia quãdo nõ correspõdẽt uires
audacẽ deducit in ĩteritum. Iõ bonus miles debet hẽre
ꝙ largit̃ & influit Mars. dum ẽ in scorpiõe. s. ascenden
te. s. uiuacitatẽ. ut. s. sit fortis & uiuax. Eccl. nẽpe. xxii. c.
scribit̃. Patrẽ & uirꝝ confundat audax. loq̃t̃ de mulieri
bus quæ uiribus carent. ut ĩnuãt: ꝙ ubi non sunt uires
correspondentes inanis ẽ audacia. & merito.

De audacia co
respõdẽte uires

Viuacitas uiri/
um.

Nam ꝙ natura negat nemo fœliciter audet.

Exopus.

Dicit. n. Vegetius de re militari li. i. c. iiii. Q d̃ in ellec
tione militum necessitas exigit: nõ tã stature rõnẽ hẽre
q̃ uirium. Ipso homero testãte. qui Tideum minorem
corpore: sed fortiorẽ armis fuisse signat. Et inferius. y. c
dicit. Sit ergo martio operi deputandus: uigilãtib⁹ ocu
lis erecto ceruice. lacto pectore humeris musculosis. ua
lentibus brachiis. digitis lõgioribus. uẽtre modicus. exi
lior cruribus. suriis & pedibus. nõ supflua carne disten
tis: sed neruorꝝ duritie collectis. Cũ hæc in tyrõe signa
deprehẽderis: ꝓcatitatẽ nõ magno ope desideres. utili
us. n. ẽ: fortes milites eẽ: q̃ grandes. Hinc li. ii. cõtra iouinianum Sacer Hieronymus ait. Fortitudo corporum

Milites nõ sunt
elligẽdi secũdũ
q̃titatẽ stature
sed secũdũ qua
litatẽ fortitudi/
nis.

necessaria ẽ hiis q̃ portãt arma. q̃ pugnis & calcib⁹ sua
inicẽ mẽbra debilitãt. Est igit̃ audacia sic fortitudĩe pi
culosa et cũ fortitudĩe laudabilis & fructuosa. Narrat
ualerius. li. iii. c. ii. ꝙ Etruscis ĩ urbem põte sublitio Irũ
pentibus. Oratius Codes extremã eius partem occupa
uit. totumq̃ hostium agmen: donec postergũ suũ põs
obrumperetur: In fatigabili pugna substinuit. atq̃ ut
patriam periculo iminẽti liberatam uidit armat⁹ se In
tiberim misit. Cuius fortitudinem dii ĩmortales: admi
rati. Incolumitatẽ sinceram ei prestiterũt. Nam neq̃
altitudine disietus quassatus ue nec põdere armorũ p̃s
sus. nec ullo uertice circuitu actus. nec tellis q̃dẽq̃ un/
diq̃ cõgierebantur lesus tutũ nafandi euentũ habuit.
Vnus itaq̃ tot ciuiũ tot hostiũ In se occulos cõuertit?
Stupentes illos admiratione. hos inter leticiam & me/
tum hesitantes. unusq̃ duos acceria pugna consertos
exercitus. alterum repellẽdo: alterum ꝓpugnando dis/
traxit. deniq̃ unus. urbi nostre tãtum scuto suo quam
tiberis aluei more munimẽti attulit? quapropter disce
dentis etrusci dicere potuerunt. Romanos uicimus ab
oratio uicti sumus. Eodẽ quoq̃. c. narrat Valerius Q d̃
cũ Iuliuscesar ĩnumerabili multitudine. & feroci im/
petu hostiũ. Inclinari acciẽ suam uideret: timidus pu/
gnãti militi scutũ detraxit eoq̃ tectus: accerime prelia
ri cœpit. Quod facto fortitudinẽ ꝑ totũ exercitum dif
fudit. Idẽ ut ibidẽ narrat Valeri⁹ alio p̃lio legionis mar
chie aquiliferꝝ in eundẽ fuge gratia. Iã cõuersum fau/
cib⁹ cõphẽsum: in cõtrariã ꝑtẽ detraxit: dexteramq̃ ad

Valerius ma
mus.

Oratius cod
fuit ille q̃ freg
pontẽ. & post
se ꝓiecit ĩ tib
rim.

Valerius.

Exẽplum iuliisce
sari.

Idem.

Est signi.pisciũ conditio tertia. quod eius prima facies est saturni. Saturnus secundũ astronomos: & poetas. Etatẽ significat aureã: & innocentẽ. Vnde Virgili? Iam redit & uirgo:redeunt saturnia regna.
Iam noua progenies:cœlo dimittitur alto.

Tertia cõditio Etas aurea & innocens. Virgilius

Quoniã infãs p baptismũ ad statũ innocentiæ. & peccatoꝝ:p penitentiã redit ad innocentiã. Vnde Cipriãus ait. O.penitentia quæ pcã:miserante deo remittis. & paradisum reseras:quæ contrictũ sanas: oẽm tristem exhilaras.uitam de interitu reuocas:prostractũ restauras:honorem reuocas:fiduciam reformas: gratiamq; habundãtiorẽ refundis. Hinc Ricardus super apoch. li.iiii. O.penitentia quid de te boni non referam:oia ligata tu sanas:omnia confusa tu lucidas: omnia desperãta tu animas. Sic ergo patet qp penitentia:p meritum xpi peccatores reducit ad aurium statũ innocẽtiæ & baptismus merito sanctitatis:et humanitatis christi reducit infantes,baptizatos ad gratiam & innocentiã. Vnde Crisostomus in li.de lapsu. Talis mihi crede:erga homines pietas xpi est. Nunquam spernit penitentiam si ei sincere & simpliciter offeratur. Et si ad summum qs pcenit malorum. Et inde uelit reuerti ad uirtutes:uiam suscipit libenter. & amplectitur. Facit oia quatenus ad priorem reuocat statum. Quodq; ẽ ad huc prestantius. Et si non potuerit quis explere oẽm sanctificationem:quãtulãcunq; breui tempore gestã non respuit pniam. sed suscipit ipsã. Non patitur. quãuis exigue conuersionis perire mercedem.

Ricardus.

Crisostomus.

Ad auream igitur etatem saturni deduxit nos xp̃s in humanitate sua: dum ueterem hominem exuens nos: & antiqua peccata remittens: iuduit ipse decorē & nos uestiuit: & ornauit uestimentis gratiæ suæ: ut inocentiam habeant infantes: & misericordiam inue niant penitentes: & sic de luto reducatur ad aurum p baptismum. Est signi piscium conditio quarta. s. q̃ habeat dominium pedum nostrorum: per pedes intel ligo nostra desideria. Iuxta id quod ait Augustinus. ix. confess. Pondus meum: amor meus eo feror quocū q̃ feror. & .xi. de ci. dei. c. xxviii. dicit beatus August. Quod amores corporum uelut momenta sunt pon derum: siue deorsum grauitate: siue sursum leuitate nitantur. Ita. n. corpus põdere sicut animus amore fer tur quocūq̃ fertur. Est ergo dominus noster iesus xp̃s. ita dominus desideriorū nostrorū: q̃ miserē cui uult misereri. & indurat. & reprobat quē uult indurare seu reprobare. indurauit. n. quādo uoluit cor pharaonis. molificauit. & elegit cor apli pauli quem segregauerat ex utero matris suæ. sicut scriptū ē ad galath. i. c De indurationē uero cordis pharaonis scriptū ē abū de in exodo p plura capitula. utputa. iiii. vii. ix. x. xi. xii. xiiii. capitulis diffuse. Porro exodi. xxiii. dixit dominus ad moysem. miserebor cui uoluero: & clemens ero in quē mihi placuerit. cāde sniam reiterās apls ad ro. ix. c. dicit moysi. n. dixit dominus: miserebor cui misere bor. & misericordiā pstabo cui miserebor. Igit nō ē uo lentis neq̃ curentis. sed dei miserentis. hinc Hirony

Quarta condi io.

Augustinus.

dem.

Deus miseret ui uult & indu at quem uult.

Exodi

Apostolus.

Hieronymus.

mus. x. c. scribitur. Scio domine q̃a nō ē hōis uia eius. nec uiri ē ut ambulet: & dirigat gressus suos. Prouerb. Salomon. quoq̃. xyii. c. scribitur. Cor hōis disponit uiam suam. sed domini est dirigere gressus. Verum prouerbiorū tertio dicit Salomon. Habe fiduciam in domino ex Idem toto corde tuo: & ne initaris prudentiæ tuæ. In omni bus uiis tuis cogita illum. & ipse diriget gressus tuos. Ex hoc patet quod nec in nobis negandum est libe rum arbitrium. Nec de ipso totaliter confidendum sed ipsum diuinæ curæ commendare debemus. & dominus dirriget ipsum. Propterea nempe dignatus est homo fieri. Vt omnis qui credit in eo. non pereat Sed uitam æternam habeat.

DE fundamento duodecime portæ: quæ est uersus septentrionem. & de lapide Ametisto Capit. ii.

DOMINE saluum me fac. O. domine be ne prosperare. Psal. cxvi. Omnium saluando rum: ex gratia: precium: & fundamentum est christus. nam ipse hostium est ipse uia est: ipse termi nus ē. scriptū ē. n. Io. x. Ego sum hostium p me si quis Ioannes introierit. ingredietur & egredietur: & pascua inueniet Et certe sicut hētur ibidē. Qui nō intrat p hostiū i ouile. sed ascēdit aliunde ille fur ē & latro. Io. quoq̃. xiiii. Ioannes dicit dominus. Ego sū uia ueritas & uita: & nēo uenit ad patrē nisi p me. Et apoch. i. Ego sū alpha & o: princi piū & finis. Propterea quilibet peccator debet dicere domino. O domine saluū me fac. o. domine bene p spetare. q̃a nisi ipse saluum faciet: nemo saluus erit.

Ad fundamentum huius portæ declarandum. di
cimus cū bto Io.apoch.xxi.c. Quod fundamētū.xii.
est Ametistus. Hæc gēma ut tradunt auctores:ē colo
ris purpurei. & intra gēmas purpureas obtinet princi
patum:quæ quattuor singulariter habet uirtutes. nā
ametistus.Fugat ebrietatē.Facit hominē uigilē.Malā
repellit cogitationem.Et bonum confert intellectum.

Quid ergo p ametistum.gēma purpurea: & fun
damētum portæ penitētium.uolumus intelligere nisi
purpureum sanguinem domini nostri iesu xpi:qui fū
damētum est:& precium redēptionis nostre sicut scri
ptum ē.Apoch.y.dignus es domine dēus apperire li
brum.& soluere signacula eius: quoniā occisus es: &
redemisti nos deo in sanguine tuo:ex omni tribu lin
gua: & populo:& fecisti nos deo nostro regnum.& sa
cerdotes: & regnabimus super terram. Sanguis
nempe domini:principatum inter omnia purpurea re
tinet:unde Can.tertio de nostro salomone dicitur fer
culum fecit sibi salomon de lignis libani. Columnas
eius fecit argenteas. Reclinatorium aureum: ascen
sum purpureum.Media caritate constrauit.Hinc Ioā
nis.xix.Exiuit ergo Iesus portans spinam coronam
& purpureum uestimentum. Vt sicut habetur isaye.
lxiii.Cum quereretur a domino. Qualiter rubrum
est indumentum tuum. Et uestimenta tua sicut cal
cantium in torculari. Respondit ipse dominus. Torcu
lar calcaui solus. Et de gentibus non est uir mecum
& parumpost dicitur. Et aspersus est; sanguis eorum

173

superuestimenta mea:& omnia indumenta mea ing
nauí. Quod quidē totum intelligi debet:de passione
domini:ubi proprium sanguinē dicit nostrum.qa fuit
precium redēptionis nostre:qui sanguis rubefecit ue
stimenta sua:qa rubrū est totum corpus suū. Sāguis
ergo domini fugat ebrietatē ad instar ametiste. quid
p ebrietatē uolumus intelligere:nisi peccatū unde. de
peccatoribus dicitur Iob.xii.Palpabunt quasi in tene
bris: & non in luce: & errare cos faciet:quasi ebrios
psal.liii.&.cyi.dicit turbati sunt:& moti sūt:sicut ebri
us:& ois sapiētia eoꝝ deuorata est.Et.i.ad thessal.y.c.
dicit Apostol9 q dormiunt nocte dormiūt:& qui ebrii
sunt nocte ebrii sunt: sanguis ergo domini fugando
peccatū fugat ebrietatē.Ipe.n. est de quo Ioānis.i.di
xit baptista ioānes.Ecce agnus dei. ecce qui tolit pec
cata mūdi.Sed unde:audi qd dicit Apls ad rom.iii.iu
stificati gratis p gratiam ipius p redemptionē.q est in
xpo Iesu quē ppposuit deus propiciatorē: p fidē & san
guinem ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ: propter
remissionem precedentium delictorum. unde prima
Io.primo dicitur. Si in luce ambulamus.sicut & ipse
in luce est.Societatem bēmus ad inuicem & sanguis
Iesu christi filii eius: emondat nos ab omni peccato

Ex quibus omnibus euidenter apparet quod dum
sanguis Iesu christi fugat peccata nostra: & ab ipsis
nos emondat. Vt ut perfectissimus ametistus. fugat
a nobis. Pessimam: & intrinsecam mentis ebrieta
tem. per q mens peccatoris efficitur temulēta; dū dei

Ametiste fu
gat ebrietaten
i.peccatum fu
gat a sanguine
christi.
Iob.
Paulus
Ioannes
Apostolus
Ioannes

ecūda cōditio
āguis xp̄i facit
oiem uigilē ad
bseruātiā mā/
atorum dei.
Bernardus.

obliuiscitur: per peccatum. Ad instar insuper ame
tisti. Domini sanguis facit hominem uigilem: ad ob
seruationem mandatorum dei. unde Bernardus sup
can. sermone. ix. super omnia reddit te mihi amabilē
bone Iesu. Calix quem bibisti. opus nostre redemptio
nis: hoc omnino amorem meum totum facile sibi uē
dicat: hoc in quam est quod meam deuotionem. &
blandius allicit. & iustius exigit: & artius stringit: &
uehementius afficit. hic Gregorius august. in li. de cō
flictu uitiorum: & uirtutum ait. Si passio saluatoris ad
mentem reducitur: nihil tam durum quod non equo
animo tolleret. Sicut igitur uigil & solicitus efficit
xp̄i miles ad obseruantiā mādatoꝝ dei: quotiens de/
uote remiscit beati sanguinis: quem in cruce pēdens
habundāter effudit: amator hoīs. ut nō sit amplius q
totaliter abicit locus īgratitudinis. dū sic effūdi cernit

Gregori⁹ uł au
gustinus.

Sanguis tante dulcedinis: ꝙ lauat aīas. hinc insuper
ostendit: totius trinitatis īmensa dilectio. Vbi pāter
ꝑ salute nostra donat unigenitū. Vbi filius efficitur
precium & uictima. Vbi spūs sanctus hæc opatur oīa
ut amplius nemo desperet. sed efficiatur uigil ad que
rendam remissionem. Vnde beatus Augustinus lib.
xii. confess. Quomodo nos amasti pater bone qui fi/
lio unico non pepercisti: sed pro nobis impiis tradidi/
sti. Qui pro nobis tibi factus est uictor: & uictima &
ideo uictor quia uictima pro nobis tibi factus est sacer
dos: & sacrificium. Et ideo sacerdos: quia sacrificiū
faciēs tibi: de seruis filios de te nascēdo: non seruiēdo

Augustinus.

174

Merito mihi spes ualida in illo ē. ꝙ sanabis langores
meos oēs per eum q sedet ad exteram tuam. & īterpel
lat ꝑ nobis alioquin desperarē. Preciosissimus ergo
sanguis xp̄i. Dū ebrietatē fugat uitiorum. Quæ
sonolētū facit hoīem. Et occiosum consequēter red
dit hoīem uigilem & oposum. Videns quippe: miles
xp̄i ducem suum amore suo proprium effundere san/
guinē: aīatur ad ardua. uelut elephantis more ꝑ aspec
tum sanguinis ꝓuocatus ad bellū. ut & ipse legitime
certās a rege suo coronetur. Taliter animati sunt innu
merabiles xp̄i milites: de quibus scriptum ē apoch. vii.
hii sunt qui uenerunt ex magna tribulatione. & laue
runt stolas suas. & dealbauerunt eas ī sanguine agni:
ideo sunt ante tronum dei: & seruiūt ei: die ac nocte ī
templo eius. & qui sedet in trono habitat super illos.
Item apoch. ultio dicitur beati qui lauant stolas suas
in sanguine agni. ut sit pars coꝝ in ligno uitæ. & ꝑ por
tas intrent in ciuitatem. Hinc Bernardus super canti.
sermone. xly. uult benignus dux deuoti militis militā
tis uultum & oculos in sua substoli uulnera: ut illius
exemplo animum errigat: & exemplo sui reddat for
tiorem. Enim uero non sentiet sua: dum illius intue
bitur uulnera sanguis ergo Domini secundam ha/
bet cōditionē hui⁹ portæ fūdamēti. Ad instarēt ame
tisti: sāguis domini malā repellit cogitationē: quoniā
memoria sic effusi sāguinis conscientiam emendans
ab opibus mortuis cogitationes nouas: & maligna de
sideria. repēte repellit. unde ad hebr. ix. c. dicit Apl̄s

Homo reddi
oposū ꝑ xp̄i sa
guinē. ꝙ ē. ii. c
ditio amatiste.
Sāguis cōpara
tio Elephanti
xp̄i.

Bernardus.

Tertia cōditio.
Sāguis domini
malam repellit
cogitationem.

Si enim sanguis hyrcorum aut thaurorum. & cinis ui
tule aspersus inquinatos sanctificat ad emundationē
carnis. Quanto magis sanguis christi: qui spiritum
sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo uiuē
ti. Et inferius capit. x. dicit Apostolus. Habentes itaq;
fratres fiduciam introitu sanctorum in sanguine chri
sti: per quem initiauit nobis uiam nouam. & uiuen
tem per uellamen id est per carnem suam. Sacerdotiū
magnum super domum dei. accedam⁹ cum uero cor
de in plenitudine fidei aspersi corda a conscientia ma
la: & abluti corpus aqua mōda: teneamus spei nostre
confessionem indeclinabilem. Ō ergo ineffabilis
dulcedo diuine pietatis. ō. super imensa benignitas. et
ō inenerabilis misericordia Iesu xp̄i. hō sceleribus de
formatus: uanis cogitationibus agitatus: falsis loquu
tionibus affluctus: & prauis operationibus occupatus.
non irrationabilibus: uel insensibilibus sacrificiis. ut
olim in lege fiebat emundaī. sed p̄cioso sanguine Ie
su xp̄i reformaī: getatur: iustificatur: & adoratur. Te
ergo quesum⁹ piissime iesu xp̄e tuis famulis subueni.
nos emundando: approbādo: adorādo: getando: iusti
ficando: quos precioso sanguine redemisti. Nam &
si te possumus obsecrare: quasi creatorem: quasi cōser
uatorem: quasi protectorē: & quasi nutritorē: non ui
deo quod aliqua talis aut tanta sit obsecratio. Qua
lis aut quāta ē illa q̄ fit p p̄cioſi tui sanguinis effusionē
tbi nāq; recolit memoria: maxie tue dulcedinis: ac dile
ctōis: q̄ p te ipm̄ imaculatū agnū nos redimere uoluisti

Pulchra orō ad
christum.

De qua dicit apostolus petrus prima cano. sua. c. i.
Non corruptibilibus auro uel argento redempti estis.
de uana uestra conuersatione paterne traditiōis. Sed
precioso sanguine quasi agni incontaminati: & im
maculati Iesu christi precogniti quidem ante mundi
constitutiōem. Manifestati autem nouissimis tempo
ribus: & ad hebr. ix. Dicit apostolus. Christus assistens
pontifex futurorum bonorum: per amplius: & perfecti
us tabernaculum non factum manu id est non huius
creationis: neq; per sanguinem hyrcorum: aut uitulo
rum introiuit semel in sancta æterna: redemptione in
uenta. Ex quibus omnibus euidenter apparet. quod
preciosissimus sanguis Iesu christi. ad instar amatisti
malam repellit cogitationē emūdans conscientiā a pec
catō: & sic hētur tertia conditio fundamenti. Ad in
star deniq; amatisti sanguis p̄cioſissimus Iesu xp̄i bo
nū cōfert intellectum cuius. n. uel saseū pectus nō emo
lescāt cogitās redēptionis nostre preciū: sanguinē nide
licet Iesu xp̄i iustissimum & inocētem sic effusum. di
xit. n. Dauid psal. lxxxxiii. captabunt in aiam iusti: &
sāguinem inocētē condēnabunt. Quinimo: & ipse
traditor iudas: uidens q; Iesus dānatus esset ad mortē
penitentia ductus rettulit. xxx. argenteos principibus
sacerdotum: & senioribns dicens peccaui tradens san
guinem iustum. Ecce quod etiam proditor cognouit
& intellexit in sanguine xp̄i se peccasse: q; pcul dubio
bonū habuisset itellectū: si nō desperasset. Nōne san
guis xp̄i. Lōgino militi q; apperuit lācea latus xp̄i bonū

Quarta conditio.
Cor nostrū ob
molescit ob me
moriā passionis
xp̄i. & cōfert bo
num itellectū.
Dauid.
Exēplū iudas.

Exemplum.
Longinus fuit
illuminatus a sā
guine xp̄i.

uixum:& bonũ contulit intellectum dicit̃.n.q̃ eum ex ifirmitate uel ſenectute longini oculi caligaſſent. De ſanguine xp̃i p lanceam decurentẽ fortuitu:oculos ſu os tetigit ꝓtinus clare uidit unde renunciãs militiæ & ab apl̃is inſtruct̃ in ceſaric capedotic.xxxyiii.ãnis ui tam monaſticã duxit:& uerbo & exẽplo plurimos ad chriſtum conuertit. Quam bonum contulerit intel

Exẽplum agnes

lectum purpureus ſanguis xp̃i. Agneti beatiſſime teſ tatur ip̃a ſic dicens. Poſuit ſignum i faciem meam .ut nullum preter cum amatorem admittam .iam corpus eius corpori meo ſociatum eſt.& ſanguis eius ornauit gẽnas meas huiuſmodi ſiquidem ornãmentum quid aliud fuit:quam mentale documentum per quod bo num habens intellectum. Dum eſſet iuuencula tam firmiter perſeuerauit in fide: quod fortiſſimum mar tirium tollerauit. Ex quibus omnibus luculenter appa ret. Quod ſanguis xp̃i habens conditiones amatiſti. Cõueniẽtes põt põi fundamẽtũ portæ.xii.ciuitatis xp̃i De laterib? ſiue ſpõdilib?.xii.porte uerſ? ſeptẽtriõc.c.iii

CON fortauit ſeras portarum tuarum benedi xit filiis tuis i te pſal.cxlii. Ciuitatis xp̃i latera porte poſtremo nõ in eo cui regnũ celeſte do nat̃.q̃renda ſũt.ſed i ip̃o dõatore.nõ.n.ex meritis ſed ex mera gratia:tales regnũ igrediunt̃ æternũ ſicut ſu pradict̃ũ ẽ. Prium ergo latus huius portæ.xii.ẽ dei bo nitas cũ.n.tripliciter dicat̃ bonitas.ſ. Bõitas p eſſentiã de qua dicit̃ gen.i. Vidit deus cuncta q̃ fecerat:q̃ erãt ualde bona. Bonitas per pticipationẽ de qua dicit̃

Primum latus.
De diuina bo nitate.
Triplex ẽ boni tas
Per eſſentiam.
Per pticipatio

Luc.xyiii.nemo bõus niſi ſolus deus. Bonitas p gra tiã de q̃ dicit̃.matth.xii.bonus hõ de bono theſauro p fert bõa:ſola pria bonitas ſufficit ad beatificãdũ pec catorẽ pœnitẽtẽ.unde dicit Ouidius.

Per gratiam

Ouidius Ver.

Si non peccaſſem quid tu concedere poſſes.
Materiam uenie ſors tibi noſtra dedit. iterum
Licet ſit ſemper:meritis indebita noſtris.
Magna tamẽ ſpes eſt:in bonitate dei. iterum.
Si quotiens peccant homines:ſua fulmina mittat.
Iupiter, exiguo tempore in ermis erit.

Dauid quoq̃ pſal.cxxix dicit ſi iniq̃tates obſeruaue ris domine.domine q̃s ſuſtinebit: &.ii.p alip.xxxyi.c. ſcriptũ ẽ.tua aũt domie ſecũdũ bõitatẽ tuã p̃mixiſti pœ nitẽtiã remiſſiõis peccatoꝝ. Hæc ergo diuina bõitas oia creata cõſeruãs uocat ad ſe cũctas.ſ.rõales creaturas ac cedẽtes ad ſe:iuſtificãs:et glificãs.reꝓbos aut̃ reꝓbãs et cõdẽnãs.unde dyon.i ãgelica ierarchia.c.iiii.dicit p priũ ẽ diuine bõitatis oia creata aſe ad oẽm reuocare pti cipatiõẽ bõitatis:q̃tũ unũ q̃q̃ ſecũdũ ordinẽ et mõm cõditõis ſue capax eẽ põt pticipatõis ei?. ut cõuerſa ad cã ſubſiſtãt q̃ ab eo ꝓceſſerũt uel eẽ hũerũt. dicit apl̃s ad ro.ii.c. exiſtimas aũt ô hõ õis q̃ iudicas eos q̃ talia a gũt:et facis ea:q̃a tu effugies iudiciũ dei. bõitas dei q̃ dei.ẽt pœ̃ pnium uertit i bonũ.dũ miſeratõe pcõr effi cit hũilior:q̃a ſe peccaſſe cognoſcit. ac p hoc ẽt gratior efficit̃.dicit Ber.i epl̃a ad odonẽ.noſtris iordiatis uolũ tatib? ſeu actionib? inouit dei bõitas uti ſemp q̃dẽ rõe i ſui ordinis pulchritudine.ſepe ẽt pic i noſtrã utilitatẽ.

Dauid.

Dionyſius

Bernardus.

O clemẽtissima circa filios laudanda diuinæ bonitas pietatis: miseratione sua largiri non desinit beneficia non solum ubi ullum inuenit meritum; sed plerunqꝫ etiam ubi totum uidet contrarium. hæc Bernardus.

Bonitas insuper dei: bonitatem nobis ab ipso datã sibi quodãmodo reputat utilem. Dicit.n. Anselmus xxii.de similitudinibus. Bonus homo deo quodãmodo est utilis. Deus.n. ciuitatem magnam quandã & admodum speciosam: & ad gloriam suam edificauit. quam copiosa ciuium multitudine repleuit. horũ nõ nulli miserabiliter coruerunt. Et sic domus in ea edificate; magne & spaciose remanserunt. Vnde deus oẽs ut ad se ueniant: admonet: & inuitat. bonas leges pol licens: pacem & securitatem promittẽs. Qui ergo uenire uoluerit: dei quodãmodo adiutor erit. unde apostolus dei adiutores sumus. hæc Anselmus. Verbũ autem apostoli quod allegat Anselmus est prima ad corinth.c.iii. Est ergo diuina bonitas primum latꝰ dus ius.xii.portæ. Secundum latus portæ antedictę: est diuina benignitas: de qua dicit Apostolus ad Ro.ii. Ignoras qꝫ benignitas dei ad pẽnitentiam te adducit hinc Ioel.ii. scribitur. Conuertimini ad dominũ deũ uestrum: qa benignus & miscricors est patiẽs & multe misericordiæ: & prestabilis super malitiam. hæc ergo dei benignitas ostenditur hominibus in presenti uita. Nam & peccatores subtinet dissimulando peccata. Peccatores expectat ut cõuertãtur a uiis suis. Cõuersisqꝫ demũ peccatorib?, cõfestim peccata dimittit.

Vereqꝫ penitentibus: gratiam suã benignus infundit

Dico primoꝫ diuina benignitas substinet peccatores dissimulando peccata. scriptũ est.n. sapia.xi. Misereris omnium quoniam oia potes: & dissimulas peccata hoium, propter penitentiam. diligis.n. omnia quæ sunt: & nihil odisti coꝝ que fecisti. nec.n. odiens aliqd constituisti: aut fecisti. Dico secundo qꝫ diuina benignitas: peccatores expectat ut conuertantur a uiis suis malis. Scriptum est enim Ezechiel.xviii. Conuertimini & agite penitentiã ab oibus iniquitatibus uestris & non erit uobis iniqtas in ruinã: proicite a uobis oẽs preuaricationes uestras: in quibus preuaricati estis: & facite uobis cor nouũ. & spiritum nouũ. & quare moriemini domus israel: quia nolo mortẽ peccatoris: sed ut conuertatur & uiuat. dicit dominus deus. hic augustinus in quodã sermone sic. Nolite putare gratis malos uiuere super terram. & nihil boni de ipsis facit deum. Omnis enim malꝰ aut ideo uiuit: ut corrigatur: aut ut per eum iustus exerceatur: isayæ. quoqꝫ.xxx scriptum est. Exultat dominus: ut misereatur nostri. & ideo exaltabitur: parcens nobis. Quia deus iudicii dominus. Beati omnes qui expectant eum. & sic patet quomodo dei benignitas peccatores expectat ut conuertantus. Dico tertio quod benignitas diuina: cõfestim cõuersis peccatoribꝰ: peccata dimittit. ezechiel. nempe .xviii. Dicit dominus si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis: qui operatus est: & custodierit omnia precepta mea, & fecerit iudicium; &

Primo.
Diuia benignitas substiet peccatores dissimulando peccata

Secundo
Diuia benignitas peccatores expectat Ezechiel.

Augustinus.
Quare malus pmittitur uiuere.
Ysaie.

Tertio
Diuia benignitas cõuersis peccatoribus peccata dimittit.

iustitiam uita uiuet;& non morietur:& omnium ini/
quitatum eius quas operatus est;non recordabor. Ité
ezechiel.xxiii. Viuo ego dicit dominus;nolo mortem
impii,Sed ut conuertatur impius a uia sua;& uiuat cō=
uertimini a uiis uestris pessimis. Et quare moriemini
domus israel.Et paulisper inferius;impietas impii,nō
nocebit ei;in quacunq; die conuersus fuerit: ab impie
tate sua.Ionc.uero capitulo tertio.dicitur conuertatur
a uia sua mala: & ab iniquitate qnæ est in manibus
eorum.Quis sit si conuertatur, & ignoscat deus. Et
reuertatur á furore iræ suæ.& non peribimus. & uidit
deus opera eorum.Quia conuersi sunt de uia sua ma
la.& misertus est deus.super malitiam: quam loquu
tus fuerat:ut faceret eis: & non fecit. & sequenti ca.
Dixit Ionas.Scio quia tu deus clemens.& miser:cors
es:patiens & multe miserationis:& ignoscens super
malitia. Dico quarto quod diuina benignitas: ue/
re penitentibus gratiam suam clementer infundit.
Volens quippe ueritas ostendere. Luc. xy. Quam
prompte diuina benignitas:suam ifundit gratiam ue
re penitentibus:parabolice lóquutus est:de filio prodi
go. Qui lasciue uiuendo:cuncta sua consumpsit. &
quoniam uere penitens:reuersus ad patrem. ueniam
postulando loquutus est Dicens. Pater peccaui. Et
iam non sum dignus uocari filius tuus.Pater qui iam
misericordia mot? occurrerat ei; & ceciderat super col
lum eius. & ipsum obsculatus fuerat confestim dixit
ad seruos suos; cito proferte. Stolam primam; &in

Idem

Ionas.

Quarto.
Diuina bẽigni
tas uere penitẽ
tibus gratiá cle
mẽter infundit
Lucas.
De filio ꝓdigo

duite illum. & date anullum in manum eius. & cal/
ciamenta in pedes eius. Per stolam primam intelli/
go inocentiam: quam uere penitens recipit peniten
do per anullum. Intelligo diuinam gratiam: per qua
desponsatur anima. Vt sit sponsa christi: per calcia
menta pedum. Intelligo uirtutes. Quibus mentis
desideria calciantur:& adornantur.

Tertium latus Portæ supradicte est Caritas dei.
Qua sic nos dilexit. Vt satisfaceret pro peccatis no
stris:æterno patri. Sic unquam satisfaceret ipse:quod
nobis sufficiat de peccato ad nostram salutem. uera
penitentia. propterea Bernardus. super cantica, ser/
mone.xx. Christus inquit nos dilexit dulciter sapien/
ter, & fortiter dulciter nempe dixerim; quia carnem
nostram induit, Sapienter. Quia culpam excusauit.
fortiter. Quia mortem substinuit. In carnis assum/
ptione cum descendit homini in culpe uitationem con
suluit mihi. in mortis susceptione, satisfecit patri, ami
cus dulcis. Consiliarius prudens: adiutor fortis. huic
me securus credo. Qui me sanare uelit: nouerit &
possit. Carnis quidem assumpsit ueritatem. Sed pec=
cati similitudinem. dulcem prorsus in illa exhibens
consolationem infirmo. & in hac prudenter ascen/
dens laqueum deceptionis dyabolo. Igitur nisi amas
set dulciter. Nonne me reliquisset in carcerem ylla
Maiestas? Sed iunxit affectioni sapientiam. Qua
Tyrannum deciperet, iunxit & patientiam. Qua
offensum placaret. hæc ille.

Tertium latus.
De caritate dei
dilexit nos dul
citer.
Bernardus.

Hinc Anselmus cur deus homo.c.y. Quanto inquit, xp̄s nos mirabilius & preter opinionem de tantis & tam debitis malis in quibus eramus eripuit: & ad tāta & tam indebita bona quæ perdideramus restituit. Tāto maiorem dilectionem & pietatem erga nos monstrauit. Bernardus super cantica sermone.lxy. sūmus omnium factus est: unus oīum: quis hoc fecit: amor dignitatis nescius dignatione: diues potens affectu, suasu efficax. Quid amore uiolentius: triumphat de deo amor: deniq; semetip̄m exinaniuit: ut scias amoris eē q̄ plēitudo effusa ē: q̄ altitudo adequata ē: q̄ singularitas associata est: & hoc est tertiū lat⁹ portæ supradicte.

Quartum latus portæ memorate est diuina misericordia. Glosa nāq; psal.xxiiii. dicit q̄ differentia est inter misericordiā dei: & bonitatē. quia misericordia est ꝓprie erga miseros. sed bonitas erga quoslibet. eādem diferentiam censeo fore. inter caritatē dei & misericordiam. q̄ & consimiliter. inter benignitatē dei & misericordiam. quia tam caritas: quā benignitas dei est erga quoslibet. & misericordia erga miseros. Est ergo misericordia precipuum: & finale latus portæ penitentium. quæ ꝓcedens a patre luminum per unigenitum. non solum nobis inuocantibus reserat aditum huius portæ. Sed etiam nos instāter inuitat ad ipsam recipiendā. dicit.n. Anselmus.ii. cur deus hō.c.xxii. qd misericordius intelligi ualet: q̄ q̄ peccatori tormentis æternis dānato, & unde se redimeret non hēnti, deus pater dicat accipe unigenitū meum: & da ꝓ te: & ille

Anselmus.

Bernardus.

Quartū latus. diuina misericordia: q̄ diētia est inter misericordia caritate Et benignitate dei.

Anselmus.

tolle me: & redime te: quasi enim hoc dicunt: cum ad fidem nos trahunt. Quid etiam iustius: quam ut ille cui datur pretium maius omni debito: si debito datur effectu: dimittat omne debitum. Hinc Bernardus super psalmo. Qui habitat. sic ait. Ad omnem tentationem: ad omnem tribulationem: ad omnem deniq; cuiusmodi necessitatem: apertē est nobis urbs confugii. Sinus matris expansus est, parata sunt foramina petræ patent uiscera misericordiæ dei nostri. igitur iuxta consilium Spiritus sancti. isaye.lv. Derelinquat impius uiam suam: & uir iniquus cogitationes suas: & reuertatur: ad dominum: & miserebitur eius. Et ad deum nostrum quoniam multus est ad ignoscēdum. Vnde cassiodorus super psalm. uerbo misericordiæ. Omnia beneficia dei designantur. Quid enim boni non sentitur ubi munera donata cognoscuntur? Vnde psalmista deus meus, misericordia mea. Sic ergo patet q̄ misericordia est precipuū latus hui⁹ portæ. DE capitaneo siue custode duodecime portæ. Capitulum Quartum.

Bernardus.

Spirit⁹ sanctus

Cassiodorus.

TVAVTEM idem ipse es. psal.ci. Totius xp̄i ciuitatis ductor: & imperator. Dux & capitaneus. Principalis ut supius fuit dictū: & dominus noster iesus xp̄s. Signāter tamen dici debet huius xii. portæ capitaneus: quoniā iuxta latera p̄sentis portæ. Eius bōitas nos fecit: & refecit. Eius benignitas nos seruauit: & saluauit. Eius caritas nos dilexit: & redemit. Eius misericordia nos respexit & purgauit.

io de bonita
xpi. sicut fe/
& refecit.

nselmus.

ugustinus.

ecūdo. De be
ignitate xpi.

Dauid

Dico.i.ꝙ bonitas xpi:nos fecit:& refecit. Vnde An/
selmus in orationibus in prin. Quid est Iesus nisi sal
uator.ergo Iesu propter temetipsum, esto mihi Iesus
qui plasmasti:ne peream opus tuum mea paupertate.
Rogo piissime ne perdat iniquitas: ꝙ fecit tua omni
potens dignitas. Recognosco benignissime ꝙ tuum
est.& abstergo quod alienum est: hic inde Anselm⁹
in suis meditationibus ait. Quid est Iesus nisi salua=
tor. Ergo per temetipsum esto mihi Iesus. noli domi
ne, noli sic attēdere malum meum, ut obliuiscaris bo
num tuum. O bone domine:si ego amisi unde me da=
mnare potes:tu non amisisti unde saluare soles. Simi=
liter Augustinus super Io.sermone.xv.Fortitudo xpi
te creauit infirmitas. Fecit ut quod erat non periret.
Hæc ille igitur domine iesu christe.tu quia sūma bo/
nitas es:tu semper idem ipse es:tu boni diffuxiuus es.
tu mali destructiuus es: tu tui donatiuus es. Sis ergo
semper idem nobis defensor:& protector lucis. Diffū
de gratiam:ut pastor:atq; doctor:peccati dele macu/
lam: benigne mensurator. & te da nobis gloriam o
pater:& adiutor. Dico secundo:quod christi beni
gnitas:nos saluauit & seruauit. Vt simus ellecti ciues
& heredes ciuitatis suæ: quæ iugiter edificat unus ex
lapidibus. Est enim ierusalem quæ edificatur ut ciui/
tas: ad cuius muros edificandos necessaria est christi
diuina benignitas quam psalmo.l.Postulabat ad istū
finem Dauid a domino dicens: benigne fac domine
i bona uolūtate tua syon.ut edificentur muri ierusalē.

180

Augustinus
Mediator qui
debebat facere

Hæc aūt benignitas i solo illo mediatore fuit de quo
li.ix.de ci.dei.c.xv.dicit sacer Augustinus ꝓinde me/
diatorē inter nos:& mortalitatem hēre oportuit tran/
seuntem:& beatitudinē ꝑmanētem. ut per id ꝙ trāsit
argueret moriturus. & ꝑ id ꝙ permanet transferet ex
mortuis. Boni aūt angeli inter mortales miseros. &
beatos īmortales medii esse nō possunt.qa ipsi quoq;
& beati:& īmortales sunt. possunt autē medii esse an
geli mali.quia & īmortales sūt cum illis: & miseri cū
istis.hiis cōtrarius ē.mediator bonus.qa aduersus eoꝝ
īmortalitatem:& miseriā:& mortalis eē uoluit ad tp̄s.
Et beatus i æternitate:ꝑsistere potuit:ac si eos ēt īmor
tales supbos:& miseros noxios:ne ꝑ īmortalitatis iac/
tantiā se ducerēt ad miseriā: & suæ mortalitatis humi
litate: & suæ beatitudinis benignitate detraxit in eis
quoꝝ corda:ꝑ suam fidē mundās ab illoꝝ īmundissi/
ma dominatione liberauit. Ex qbus oībus euidēter ap
paret.ꝙ xpi benignitas:& nos seruat ab hostib⁹:& sal
uat a sceleribus. Iō dicit saluator. uel iesus ꝙ idē est ꝙ
mediator bonus q fuit mortalis & hō:ut nobiscum cō
ueniret. Fuit deus.& beatus. ut uelud pricipiū efficiēs
& obrectū indeficiēs:nos beatificaret. Dixi tertio.ꝙ
xpi caritas nos dilexit:& redemit.dicit.n.Io.i.canoni.
sua.c.iiii. In hoc apparuit caritas dei in nobis:quoniā
filium suum unigenitum: misit deus in mundum:ut
uiuamus ꝑ eum:in hoc est caritas. nō quasi nos dille
xerimus deum. Sed quoniam ipse prior dillexit nos
& misit filium suum ꝓpiciatorem ꝑ peccatis nostris.

Tertio. Quo
caritas xpi dil
xit nos. & red
mit.
Ioannes

Et paulo ante dixerat.c.iii.de christo. In hoc cognouimus caritatem dei. Quoniam ille ꝓ nobis animam suam posuit.hoc autem fuit in redemptione nostra. Hinc Augustinus de cathetizandis rudibus dixit. Diligamus deum quoniam prior dilexit nos.& unico filio:non pepercit. sed pro nobis omnibus tradidit illū. Si amare pigebat:saltem reamare non pigebat. Nulla enim est maior ad amorem inuitatio:quā preuenire amando:& nimis durus est animus: qui dilectionē & si nolebat impendere:noluit rependere. Propterea Bernardus super cantica sermone.xl.lo.in prima christi ad deuotam animam dicens.Signa amoris mei Intc euidentia sunt.Ipsa munera quibus te ornaueram sed magis adderam ampliora. Patet ergo ꝙ christi caritas dilexit & redemit nos. Dixi quarto ꝙ christi misericordia respexit nos & purgauit nos. Propterea ut habetur Luc.xyii. Dum quidam adolescens filius unicus matris suæ:mortuus esset: & portaretur ad sepulcrum:& mater eius uidua fleret.dominus noster iesus christus cum uidisset eam: misericordia motus:super eam dixit illi noli flere.& tetigit loculum ubi iacebat & suscitauit eum. Quid per uiduam nisi ecclesia:quæ uidua fuit ante aduentum xpi.& quid p adolescentem mortuum.nisi genus humanum:qui quotidie ferebatur ad sepulcrum.i.ad limbū sanctorū patrum:uolumus intelligere:flebat ergo mater ecclesia postulás auxilium uerum.s.dei filium. Verus dei filius respexit oculo misericordiæ suæ:q̄a misericordia motus dixit ei.noli flere & loculum tetigit. quia carnem sibi uiuit.& post hoc mortuum suscitauit. quoniam moriendo mortem superauit:& per suum sacrum sanguinem homines a peccato purgauit.Hinc Ricardus super apoch.li.i.O quā mirra circa nos domie tuæ pietatis dignatio.quæ etiam in sāctis suis si districte uellet ergā eos agere inueniret unde eos iuste damnaret peccantes conseruat:fugientes reuocat:dispersos congregat:perientes liberat:mortuos uiuificat:impios iustificat:negligentes increpat.torpentes excitat.lapsos erigit.ignorantes instruit.deuios reducit. redeuntes suscipit.susceptos custodit. Quisquis ergo diuinam clementiam considerat de uenia nullatenus diffidere debet. Verum secundum capitancum. & ducem huic appropriatam portæ. Dicimus esse Mathiam. q interpetratur donatus. Intrantibus igitur per hanc portam. Regnum cœleste donatur. Cui? laudes sunt sex pro quibus eidem quodāmodo congratulantes: letabunde dicamus. tu Mathia beatissime. Eras primo discipulus electus Iesu christi. Demum dignus apostolus eiusdem tu fuisti. Venenum uisum perminēs illesus assumpsisti. Cecos exinde colligens ad lucem deduxisti. Fidemq̄ nostram predicans iudeam docuisti. Et mortem nihil hesitans pro christo suscepisti. De primo & secundo simul habetur in actibus apostolorum. Actus primo cum inter ascēsionem domini & pēthecostem in cenaculo simul essent apostoli Videns petrus ꝙ numerus apostolorum constitutꝰ

Ricardus.
Pietas xpi eff
tus:&pietas d
q̄ magna fuit

De secūdo capi
tanco matthias

Primo

uguſtinus

Quod miſeri
ordia xpi reſpe
it nos& purga
it.

De filio uiduæ
mortuus a xpo
ſuſcitatus.

eccleſia uidua
uit ãte aductū
ſi

a domino ſcilicet numerus duodenarius fuiſſet diminutus pp mortem iude traditoris. exurgens in medio fratrum dixit. Viri fratres oportet ut aliquem in loco iude ſubſtituamus: qui teſtetur nobiſcum reſurrectionem domini noſtri Ieſu xpi. quia ipſe dominus dixit nobis. eritis mihi teſtes i omni iudea: & ieruſalem: & ſamaria: & uſq; ad ultimum terræ: & quia alius teſtis non niſi is qui uidit: debet teſtimonium profere: elligendus eſt unus ex iſtis: qui ſemper nobiſcum fuerūt & domini ciuſdem miracula uiderunt: & doctrinam illius audierunt. Et ſtatuerunt. ii. de. lxx. duobus diſcipulis ſcilicet Ioſeph: qui cognominatus eſt iuſtus pro ſanctitate ſua: qui fuit frater iacobi alphei. & mathiā de cuius laude ſubticetur: quia ſufficit ei pro laude q̄ in apoſtolum electus fuerit. Et orātes dixerunt. tu domine qui noſti corda hominum: oſtende quem elegeris: ex hiis duobus accipere locum miniſterii huius: & apoſtolatus quem iudas amiſit. & datis illis ſortibus cecidit ſors ſuper Mathiam: & annumeratus eſt cum. xi. apoſtolis. Pro tertio & quarto ſcribitur in quadam legenda ſua. Quod cum beatus Mathias in macedonia peruenisſet. & fidem chriſti predicaret. quandam potionem toſſicatam: quæ uiſu cunctos priuabat ſibi dederunt. Quā in nomine domini Ieſu chriſti bibit. & nullam leſionem incurrit. Cumq; cum illa potione plusq̄. ccl. excecaſſent. ille ſingulis manus imponens omnes illuminauit. Pro quinto & ſexto ſcribitur in legenda ſic. Mathias in lege doctiſſimus corpore mō-

animo prudens. & in ſolucdis queſtionibus ſacræ ſcripturæ acutus. in conſilio ꝓuidus: in ſermociatiōe expeditus. Qui cum predicaret uerbum dei per iudeā multos ſignis & prodigiis conuertebat. Vnde iudei inuidentes ipſum. in conſilium ſtatuerunt. duo igitur falſi teſtes qui accuſauerunt ip̄m. primo in eum lapides miſerunt. quos lapides in teſtimonium illis: ſecū petiit ſepeliri. Qui dum lapidaretur: ſecuri percutitur & extenſis in cœlum manibus: ſpiritum deo reddidit & ibidem ſepelitur. Hic igitur Mathias apoſtolus iudeam in ſortem accepit: & predicationi ibidē inſiſtēs & miracula multa faciens in pace quieuit. Cuius corpus de iudea romam exportauerunt. deinde de roma Treuerim eſt tranſlatū. Paduani aūt dicunt q̄ corpus beati Mathie requieſcit paduc in eccleſia ſancte iuſtinæ. In cuius manſolco ſic ſcriptum eſt.

Qui legis iſtā ſcias. Iacet hic in pace Mathias. Epitaphyū matthe.

PRO completione libri ciuitatis chriſti penultimum capitulum. Et de gratiarum actione.

OMnis cōſumationis uidi finē pſal. cxviii. Oīpotenti deo grās agō: quoniā mihi dignat? ē concedere q̄ uidere finē. conſumationis libelli de ciuitate xp̄i quāplurimū uidere deſiderans. ad uidendū ſatis laboraui. hunc libellū ſiqdē mecū ſemp habere deceruo: ut ſpeculari ualeā. & mēte cōtēplari regnū fœlices ingredientes æternum. Ibi nempe ſpecula bor: qualiter: uirgines: paſtores: & doctores ſequātur agnū uirginē. per portas orientis. & hoc in trib? primis.

Ibidem etiam ſpeculabor qualiter clerici. Reguläres: & iudices. Sequantur fontem luminum. per portas auſtrales. & hoc in ſecundis tribus portis. Ibidē deniq; ſpeculabor. Qualiter principes. milites & cōfugati: ſequantur chriſtum dominum. per portas occidentis. & in hiis tribus portis tertiis. Poſtremo ſpeculabor ibidem: qualiter medici. Mercatores: & penitentes. Sequantur regem omnium: per portas boreales. Quorum nullus niſi mundus. Sanctam Ciuitatem ualebit introire. Quippe ueſtem nuptialem nō habenti dictum eſt. Matthæi. xxii. Amice quomodo huc intraſti: non habens ueſtem nuptialem: at ille obmutuit. Tunc dixit Rex miniſtris ligatis pedibus eius: & manibus mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Beatus Gregorius in omel. comuni dicit ſic. Conſtat quia reproborum nullus ingreditur regnum cœlorum. Hinc apoch. xxi. dicitur. Timidis autem: & incredulis: & exceratis: & homicidis: & fornicatoribus: & uenefícis. & idolatris & omnibus mendacibus. pars illoꝝ erit i ſtagno ardēti igne: & ſulphure: qđ ē mors ſecūda. & inferius codē. ſcribit. nō intrabit i eā aliqd coinqnatū: & facies bomiationē: & mēdaciū niſi q ſcripti ſūt i li. uitæ & agni. Porro ſeqnti. c. ſcriptū é. beati lauant ſtolas ſuas ut ſit ptās eoꝝ in ligno uitæ: & p portas intrent ciuitatē. Foris canes: & uenefici: & impudici: & homicide: & idolis ſeruientes: & omnis qui amat & facit mēdacium. Apoſtolus Paulus ad ephe. quinto dicit.

Qui ingrediū ur ciuitatē xpi. Matthæus.

Gregorius.

Paul? apoſtol?

Hæc autem ſcitote intelligentes: q̄ omnis fornicator: aut immundus: aut auarus: quod eſt idoloꝝ ſeruitus nō habet hereditatē i regno xpi & dei. Nullus ergo reprobus iſtā ſanctā ciuitatē intrabit. Math. yii. c. Saluator noſter ait. Nō oīs q dicit mihi domine. domine. intrabit in regnum cœlorū. ſed q facit uoluntatē patris mei q̄ in cœlis eſt. ipſe intrabit in regnū cœloꝝ. Faciunt aūt dei uoluntatem q mihi ſunt humiles. Pacifici. Caritatiui. Abſtinentes. Continētes. Liberales. tales xpi ciuitatē fœliciter intrabunt. De huiuſmodi dictū eſt Luc. xiiii. Qui ſe humiliat exaltabitur De patientibus dicit Luc. xxi. Impatiētia ueſtra poſſidebitis aīas ueſtras. De caritatiuis prima Io. iiii. Qui manet i caritate: i deo manet: & deus in eo. De abſtinentibus. Eccl. xvii. Qui abſtinens eſt: adiciet uitam. De continentibus Math. y. Beati mondo corde, quoniam ipſi deū uidēbunt. De liberalibus pſ. c. xi. diſpersit dedit pauperib?, iuſtitia eius manet in ſeculū ſeculi cornu eius exaltabitur in gloria. Porro de ſolicitis prouerb. yiii. Beatus homo q audit me, & qui uigilat ad fores meas quotidie} & obſeruat ad poſtes hoſtii mei. Qui me inuenerit inueniet uitam & hauriet ſalutem a domino.

Matthæus.

183

PRo concluſione: & cōplemento totius libri ciuitatis chriſti. Capitulum ultimum.

REGES eos in uirga ferea. Et tanquam uas figuli cōfringes eos Pſal. ii. Redemptor noſter poſt paſſionē & reſurrectionem ſuā. dixit apl'is

Math. ultimo. Data est mihi oīs potestas in cœlo & in terra. Insuper dixit Io. xiiii. In domo patris mei mansiones multę sunt. Cum ergo domus dei sit mundus uniuersus; merito in mundo sunt multę mansiones: cum habitatoribus suis; quorum omnium potestas data est christo ut regat ipsos: uerum quosdam sic regit: quod & ipsos reges facit. Sicut beatos ciues ciuitatis sanctę Ierusalem. Quosdam autem regit ī uirga ferrea: ut uelut uasa figuli confringat eos. sicut reprobos & damnatos ciues ciuitatis miserę Babilonis. & hec sunt duæ principales mansiones in domo dei: de hiis duabus mansionibus seu ciuitatibus: loquitur Augustinus. xiiii. de ciuit. dei. capitulo ultimo. Fecerunt ciuitates duas amores duos, Terrenam scilicet amor sui usq; ad contēptum dei. Cœlestem uero amor dei usq; ad cōptentum sui. Deniq; illa in seipsa hæc in domino gloriatur. Illa querit ab hominibus gloriam. huic deus conscientiæ testis. maxima est gloria. illa in gloria sua exaltat caput suum. hæc dicit domino suo. gloria mea es tu: & exaltans caput meum. hæc Augustinus. Prima istarum uocatur Babilon. i. confusio. quoniam ut ait Iob. lib. sui. c. x. Illa ciuitas est miseriæ & tenebrarum, ubi umbra mortis; & null⁹ ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Secunda uocatur Ierusalē i. uisio pacis; de qua dicit Apostolus ad Galathas. iiii. Illa autem quæ sursum est: libera est: quæ est mater nostra. & ad hebreos. xii. Accesistis ad syon montem & ciuitatem dei uiuētis, Ierusalem cœlestem: & multorum qui conscripti sunt in cœlis: & iudicem omnium deum & spiritum iustorum perfectorum. & testamēti noui mediatorem Iesum: & sanguinis aspersionem melius loquentem quā habel. Hæc Apostolus. Igitur de ista secunda ciuitate, & ciuibus loquuti fuimus diffuse in precedentibus capitulis.

Augustinus Ciuitates duas.

Augustinus de babilona.

Ierusalem i. uisio pacis

Porro de Babilone ciuitate miserorum & reproborū hec solū dicere decreuim⁹. ꝙ oēs reprobi & obstiati peccatores igrediēt ī illā. de qb⁹ dicit apl's ad galath. v. Manifesta autem sunt opera carnis. quæ sunt fornicatio. immonditia impudicitia. Luxuria idolorum seruitus, ueneficia, Inimicitiæ, Contentiones, Emulationes. Irę. Rixę. discensiones. Sectę. Inuidię. homicidia. Ebrietates. comessationes. & hiis similia. quæ prędico uobis sicut prędixi. Quoniam qui talia agunt regnum dei non consequentur. hiis dicetur in iudicio Discedite à me maligni. Ite in ignem æternum.

De babilone. i. de miseroꝝ & reꝓboꝝ dicere decreuimus.

Porro ciuibus sanctę ciuitatis Ierusalem dicetur sic. Venite benedicti patris mei percipite regnum ꝙ paratum est uobis ab origine mundi. & sic ibunt isti in uitam æternam. Ad quam per portas huius sacræ ciuitatis. Nos inducere dignetur inclitus dux. & capitaneus. Dominus noster Iesus Christus. Qui uiuit & regnat in secula seculorum Amen.

De ierusalē dicetur.

FINIS. LAVS DEO OMNIPOTENTI

Nota. ꝙ oēs litterę grossę capitulares. & principales huius libri insimul collectę. hoc dicūt. Frater iohānes genesius quaia de parma ordine minor doctor.



INcipit tabula toti⁹ libri ciuitatis christi.

De diuisione totius libri. car.z.

Prima porta uirginalis.

De ascensu primæ portæ: q̄ est porta uirginalis uersus orientem & de signo Arietis. cart. quatro.

De fundamento. & de lapide iaspide. cart. .yiii.

De lateribus uirginalis uersus oriẽtem. cart. .xi.

De capitaneo siue custode qui est Ioannes cuangelista. cart. xiiii.

Secunda porta Pastoralis.

De ascensu secunde portæ. & de signo Thauri. cart. .xviii.

De fundamento. & de lapide Zaphyro. cart. .zz.

De lateribus pastoralis uersus oriẽtem. cart. .zv.

De capitaneo siue custode: qui est Petrus apostolus. cart. .xxviii.

Tertia porta. Doctoralis.

De ascensu tertiæ portæ. & de signo gemini. cart. xxxii.

De fundamento. & de lapide calcidonio. cart. xxxvi.

De lateribus doctoralis uersus oriẽtem. cart. xl.

De capitaneo siue custode: qui est Andreas apostolus. car

Quarta porta Sacerdo

De ascensu quarte porta

gno cancri. cart. xlviii

De fundamento. & de lapide smo ragdo. cart. lii.

De lateribus clericalis uersus meridiem. cart. lvii.

De capitãeo q̄ ẽ iacob⁹ miot. c.lxi.

Quinta porta. Regularis.

De ascensu quinte pottæ. & de signo leonis. cart. lxv.

De fundamẽto. & de lapide sardonio. cart. lxx.

De lateribus regularis uersus meridiem. cart. lxxiiii.

De capitaneo siue custode: qui est symon apostolus. cart. lxxix.

Sexta porta Legistalis

De ascẽsu sexte portæ. & de signo uirginis. cart. lxxxii.

De fundamento. & de lapide sardonio. cart. lxxxvi.

De lateribus legistalis uersus meridiem. cart. lxxxx.

De capitaneo q̄ ẽ matthæ⁹ apostolus & cuangelista. cart. lxxxxiiii

Septima porta Imperialis.

&

De aſcensu ſeptime portæ & de ſigno libre ca. lxxxviii.
De fundamento & de lapide criſolito ca. cz.
De lateribus portæ imperialis uerſus occidentem ca. cv.
De capitaneo: q̃ eſt Bartholome? apoſtolus ca. cix.
Octaua porta Militaris.
De aſcensu octaue portæ: & de ſigno ſcorpionis ca. cxiii
De fundamento: & de lapide berillo. ca. cxvii.
De lateribus portæ militaris uerſ? occidentem. ca. cxxi
De capitaneo qui eſt Iacobus maior ca. cxxiiii.
Nona porta Coniugalis.
De aſcēſu none portæ & de ſigno ſagitarii. ca. cxxviii.
De fundamento & de lapide topacio ca cxxxii
De lateribus portæ cōiugalis uerſus occidentem ca. cxxxv
De capitaneo qui ē phylippus apoſtolus ca cxxxix
Decima porta Salutaris
De aſcensu decime portæ & de ſigno capricornii ca cxliii
De fundamento & de lapide criſopaſe ca cxlvi.
De lateribus portæ ſalutaris uerſ? ſeptentrionem ca cxlviii.
De capitaneo quiē Thadeus apoſtolus. ca clı
Vndecima porta. Mercimonialis
De aſcēſu undecime portæ: & de ſigno aquarii ca cliiii
De fundamento & de lapide iaci to ca clvii.
De lateribus portæ mercimonialis uersus ſeptentrionem ca clxi.
De capitaneo: quiē Thomas apoſtolus ca clxv.
Duodecima porta Penitentialis.
De aſcensu duodecime portæ & de ſigno piſcis ca clxviii.
De fundamēto & de lapide amatiſto ca clxxii
De lateribus portæ Penitentialis uersus ſeptentrionem ca clxxv.
De capitāco qui eſt Mathias apoſtolus ca clxxix.
De gratiarum actione pro complatione libri. ca clxxxii.
De concluſione & complemento totius libri ca clxxxiii.

Tabula per alphabetum ad materias quæ continēt in infraſcripto libro de ciuitate xp̃i notata & ſignata ſecūdū nūm cartaꝝ huius libri

Abel quot ānos habebat quādo fuit mortuus c.iiii.
Abraā i matrimonio mc/ruit ſicut ſācti i uirginitate. cxxix
Abſtinentia eſt ualde neceſſaria cart. xi
Abſtinētia ē ſocia caſtitatis lxxvi
Acoliti officium ca lxii
Attilii paupertas ca lxxv
Adam quot annos habebat quando fuit mortuus abel ca iiii.
Aduocati mali ca lxxxix
Adulatiōes ſunt uitāde lxxxxix
Adulatores deducūt principes ad precipitium ca lxxxxix
Adultenum quam magnum malum ca cxxxvi.
Agnes ca cxl.
Agricultura eſt beata uita. clxi
Alexandri confidentia quia cum deberet ſumere potionem litteras ut caueret a ſuo medico recepit cart. cv.
Alexander ſemper honorauit ſacerdotes & ideo fuit ita victoriosꝰ cart. cvi.
Alexander pugnauit cum Dario ueterānos elegit cxv.
Alexandri clementia ca. ciii.
